









1730

1. Beckoff ab Echt, Thamer Pictorius : De eo, quod justum est  
circa commercia inter gentes ac praeceptum : De origine  
et justitia societatum istarum mercatoriarum maiorum,  
quae octoyrte Compagnies appellari solent
2. Beckoff ab Echt, Thamer Pictorius, p. b. : De justitia  
praescriptionis circa bona sub pacto retroversio eius  
alimenta.
3. Beckius, Caspar Schatius : Princeps Christianus aeternae  
substitutionis solitus curatus.
4. Beckius, Caspar Schatius, Ord. iur. Theolog. : Programma  
Panis Nostri Ichni inaugurali disputationi : De  
emendata, euf occasione reformationis B. Lutheri,  
doctrina de Ieclissi praecepit novatum, pro-  
missionem.
5. Brücknerus, Thielius Hieron. : De emendata, occasione  
reformationis B. Lutheri, doctrina de Ieclissi  
principi novatum.

1730

6. Brücknerus, L. Silen. Hieron : De remissione feloniarum  
facta ejusque modis et effectibus.

7. Brücknerus, W. Chelius Hieronymus, Fac-jur-prodecamus  
Programma : Rejurare fundati Tongabardico, quatenus poterit  
vallet ut ius scriptum occasione disputacionis solen-  
nis . . . Georgio Philippo Stenger . . . debundae.

8<sup>th</sup> Brünnell, Dr. Salomus : De diverso patiori ecclesiastico  
et laicis iure. 28 Sept. 1730 : 1750.

9. Hünburgius, Dr. Casparus : An is, qui iure praelectionis,  
quod arsoret in conuincione electorum est numerus, ceterum  
quod ad unius quaque iurisdictio?

10. Kummerich, Diet. Herm : Invenientes iuri publici &  
iure principis circa dogmata fidei ex codice et novellis  
panterae historia reformationis et compunctionis Augstenae  
confessionis illustratæ.

11. Kummerich, Dietrichen Hermannus : De acutissimo iuri publici  
privativæ nova præfatus . . . ad audiendum orationem solen-  
num, qua professionem corici et novellarum . . .

ausprobabitur pariter ac ... ad lectures publicas  
et privatas ... invitata.

12. Wallachius, Iwanus Georgius: De Samosatenianis res-  
teris, quorum mentis fit in agyntene confitioine.



E. 15. num. 33.

IO. SALOM. BRVNQVELLII,

EO TEMPORE ICTI CELEBERRIMI IN ACADEMIA IENENSI,  
POSTEA VERO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS  
AVLICIS, IVRIS CANONICI PROF. ET FACULT. IVRIB. ORD.  
IN ACADEMIA REG. GOETTINGENSIS,

COMMENTATIO HISTORICA ET IVRIS ECCLESIASTICI,


D E

D I V E R S O  
P A T R O N I   E C C L E S I A S T I C I


E T  
L A I C I   I V R E ,

Q V A  
S I M U L   Q V A E S T I O   P E R   M O D U M   R E S P O N S I  
V E N T I L A T V R :


V T R V M   I M P E R A T O R   I N   C A P I T U L I S   I M -  
M E D I A T I S   A V G .   C O N F E S S I O N I   A D D I C T I S  
I V S   D E V O L V T I O N I S   E X E R C E R E   P O S S I T ?




C V M   I N D I C E   R E R V M   P R A E C I P V A R V M .



I E N A E ,  
P R O S T A T A P V D I . B . H E L L E R V M , 1 7 5 4 .





I. N. D. N. I. C.

## PRAEFATIO.

Duo jam præterlapsa sunt saecula, è quibus  
Lutherana Ecclesia fidei sua confessio-  
nem invictissimo Imperatori Carolo V.  
ceterisque Imperii ordinibus, in Comi-  
tis Augustanis tunc temporis præsentibus, inter spem  
metumque exhibuit. Maximas sane Deo Ter Opt.  
Terque Maximo gratias debemus, quod non tantum  
ecclesiam nostram in usu hujus confessionis perbeni-  
gue conservaverit, sed etiam ex immensa sua boni-

A tate

tate efficere voluerit, vt presens secundum Augustanæ Confessionis Jubileum majori gaudio atque tranquillitate, quam ante ducentos annos, cum exhibetur, & ante seculum, quo primum indictum fuit Jubileum, fieri potuit, celebrare posimus. Scilicet A. R. S. M D XXIX. in Comitiis Spirensibus auctoritate Cæsaris Conclusum factum, ut Edictum VVormatiense, quo Lutheri doctrina ut heretica damnata fuerat, executioni daretur, contra quod Evangelica veritatis Confessores, Elector nimirum Saxonius ceterique Imperii ordines, Lutheranæ religioni addidit, protestationem (\*), unde nomen protestantium venit, & appellationem interponere, coacti fuerunt, ante seculum vero & quod excurrit, nimirum A. C. M D C XXIX. glorioissima memoria Imperator Ferdinandus II. fiducia victoriarum, quibus in Bohemia contra Electorem Palatinum & in Saxonia inferiore contra Danie regem fuerat positus, severius illud Edictum Restitutionis d. VI. Mart. promulgavit, non levi circa initium primi Jubilei errore nosfra-

\* Vid. Viri Cl. IO. IOACHIM. MÜLLERI <sup>His</sup>  
Storie von der Evangelischen Stände Protestant und  
Appellation, Jene 1705. 4. edit. & Viri Summe Reverendi  
DIERNESTI SALOM. CYPRIANI Historie der Aug.  
spurgischen Confession, cap. 3.

nostratisbus incusso. Sed divina gratia jam latius  
illuxit tempus, quo procul metu & terrore secundum  
celebraturi sumus Jubileum. Ibi gratia & ego  
particeps factus, mearum duxi esse partium, publice  
testari gaudium meum, occasione praesentis dissertatio-  
nis, PRO LOCO habenda. Faxit Supremum  
& Benignissimum Numen, ut omnia in ejus gloriam  
vergant, utque Lutheranorum ecclesia singulare  
ejus membra in pura & incorrupta Evangelii doctrin-  
na ad finem hujus mundi splendidissimumque Christi  
adventum conserventur.



DISSERTATIO IVRIDICA,

DE

# DIVERSO PATRONI EC- CLESIASTICI ET LAICI IVRE.

S. I.



uemadmodum, monente ARRIA<sup>e</sup>  
NO 1), Principium doctrinæ no-  
minum est disquisitio & veteres  
JCTi Romani, Stoicos imitati,  
scientia etymologica, ad enodan-

A 2

dos

dos plerosque juris laqueos, teste CELLIO 1), feliciter usi fuerunt : ita nemo mihi vitio vertet, si, antequam ipsam tractationem aggredior, etiam vocabulorum curam habeam atque diversas, vocabuli, Patroni in primis, significaciones evolvam, quo deinceps, quomodo Patroni ab ecclesiarum fundatoribus distincti fuerint & quisnam Patronus ecclesiasticus, quisnam laicus dicatur, ac in quo diversa eorum jura consistant ? eo curatius monstrare queam.

1) In Epicteto L. I. c. 17. 2) Lib. XIII. Noct. Attic. c. 10.

§. II. Patroni vocabulum maxime πολύτημα est ; accipitur enim pro eo, qui alium in clientelam suam recipit, quales erant Patroni apud Romanos veteres ex instituto Romuli, Græcis περιστατι dicti, quorum officia DESIDERIVS HERALDV 1) & FRIDERICVS BRUMMER 2) eleganter descripserunt, quodve jus patronatus JCtus Romæ originem dedit 3). Deinde etiam Advocatus in Jure Romano Patronus dicitur ; licet enim olim Patroni diversi ab Advocatis, notante CICERONE 4), fuerint : tamen postea Patronorum & Advocatorum munus unum idemque fuit, unde Advocati in L. 4. C. de postul. L. 13. §. 9. C. de Judic. & apud AVSONIVM 5) :

Ego

*Efto Patronus*

*Et defende reos : sed gratia rara clientis.*

Patroni cauſarum audiunt ; Porro Patronus , ſe-  
cundum VLPIANVM in L. 8. §. 1. ff. de in jūs voc. et-  
iam is dicitur : qui aliquem ex fervitute manumisit,  
vel ſi colluſionem detexit, vel ſi qui pronuncietur eſſe  
libertus, cum alioquin non fuerit : aut, ſi juravit,  
eum libertum meum eſſe. Quod jūs patronatus et-  
iam veteribus Germaniæ populis haud incogni-  
tum fuſſe, p̄æ ceteris IOACHIM. POTTGIESER. 6)  
eruditæ monſtravit.

1) Lib. II. Rer. Judicat. auctor. cap. 5. 2) In  
peſeleganti libello ad L. Cinciam. 3) vid. Hiftor. mea  
Juris Rom. German. P. I. c. 10. 4) In Oratione pro  
Cluentio, ubi : *Quis unquam, ait, non modo in Patroni ſed*  
*in laudatoriis aut Advocati loco viderat, & ASCONIVS PAE-*  
*DIANVS in not. : Qui defendit alterum in judicio, aut Pa-*  
*tronus dicitur, ſi orator eſt, aut Advocatus, ſi jūs ſuggerit, aut*  
*præſentiam ſuam commodat amico.* add. IOANN. STRAV-  
CHIVS, in Amoenit. Jur. Can. Semestr. II. Eclog. 9. cap.  
20. 5) in Eidyll. 15. 6) Lib. III. de conditione &  
ſtatu ſervorum apud Germanostam veteri quam novo c.  
20. cui du FRESNE in Glossar. med. atat. voce *Patronus*,  
*patrocinium, patronaticum.* IO. NICOL. HERTIVS de  
Homin. propriis Sect. 1. & 4. IO. GEORG. ESTOR. de  
Ministerialibus p. 108. ſequ. & IO. ADAM. KOPP. de in-  
ſigni differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles Imme-  
diatos pag. 41. ſequ. addi poſſunt.

A 3

§. III.

§. III. Aliud adhuc patronorum genus, inclinante imperio, invaluit 1); cum enim in exigendis tributis & publicis oneribus susceptores nimis rigidi essent, provinciales in potentiorum & militarium maxime ducum patrocinium & defensionem sese dabant, ut sibi adversum molestissimos tributorum exactores auxilium forent. Verum, cum sensim ejusmodi patrocinium in fraudem verteretur, & provinciales in potentiorum tutelam confugerent, ut tributorum exactiones plane declinarent 2), severissimis poenis ejusmodi fraudulentum patrocinium constitutionibus principum 4) coercitum fuit. Nec minus dominus feudi, non quidem in legibus, sed ab interpretibus 5), *patronus*, & vicissim *Vassallus*, *Cliens*, *Clientulus* i. Feud. 10. & 12. appellatur.

1) De hoc patrocinii genere VALESIVS ad Ammian. Marcell. Lib. XIX. cap. II. PHILIPP. A TURRE in Monumentis veteris Antii pag. 152. & praeterea IACOBUS GOTHOFREDVS in Commentar. ad tit. C. Theod. de patrocinio vicorum conferri merentur.

2) De qua re scriptores ejus atatis, in primis autem SALVIANVS MASSILIENSIS, Lib. V. de Gubernat. Dei conqueruntur.

3) Quod fraudulentum patrocinii genus LIBANIVS expressa oratione: *περὶ τῶν προστατῶν*, quam IACOBVS GOTHOFREDVS edidit, damnavit.

4) Quæ in Codice Theodosiano sub Tit. de Patroc. Vicor. & de lustrac. col-

*collatione*, reperiuntur. 5) **Nimirum ROSENTHAL.**  
de Feud. cap. i. concl. 6. n. 8. **HOTTO MANN.** in Lexic.  
Feud. pag. 42. quod liquido etiam ex GÜNTHEO LIOV-  
KINO Lib. VIII. constat:

*Inter vasallos unius forte patroni  
Quæstio de feudo quæsties agitat eodem,  
Quo feudi domino gaudet, hoc judice censent.*

§. IV. Deinde in nostro significatu **Patro-**  
**nus** is dicitur, qui ecclesiam vel alium pium corpus  
fundavit, dotavit, vel construxit, secundum Glos-  
sam & JOHANNEM de GARLANDIA 1):

*Patronum faciunt dos, adificatio, fundus,*  
Non equidein Patroni nomen in hac significatio-  
ne apud antiquos canonum atque legum auctores  
occurrit 2), sed potius fundatoris, à patrono maxi-  
me distineti, cum fundator ille propriæ dictus, qui  
ecclesiam fundavit, ædificavit, dotavit & consecra-  
vit, ut in illo VENANTII FORTVNATI Pictaviensis  
Episcopi versu:

*Fundavit, struxit, dotavit, deinde dicavit,*  
Patronus vero, qui à fundatore in ecclesiæ patroci-  
nium & mundeburdum 3) *advocatus.* Sed suc-  
cessu temporis, sicuti jura, quæ olim fundatoribus  
data, patronis, tanquam fundatoribus tributa: ita  
etiam sensim, nomine fundatoris quasi oblitterato,  
nomen Patroni solum retentum fuit.

1) In

1) In Synonymis a. DV FRESNE in Glossario, voce: Patronus. 2) Hinc etiam nomen Patroni, quod in cap. 1. & 2. X. de Jure Patronat. apud Gregorium extat, deesse in Collectione prima & in integris Canonibus, qui in Conciliis Cabilonensi II. sub Carolo M. & Triburensi sub Arnulpho habitis, reperiuntur, FRANC. FLORENS. Part. II. Opp. Jur. Canon. & Civ. p. 78. observavit. 3) Solebant enim fundatores ecclesiarum vel ipsi, vi foundationis, ecclesia defensionem in se suscipere, vel, si sua protestatis fiduciam non habebant, potentiores defensores, qui Advocati, custodes, Protectores, Scholastici, Vice-Domini, Gvardiani, Oeconomi, Græcis ἄνδροι dicebantur, (licet eos diversas nonnunquam functiones exerceisse, negandum haud sit, vid. SPENERI Jus Publ. Lib. II. c. 14. §. 2. n. c.) designare eorumque confirmationem à principe postulare. Quorum illi FRANCISCO BOSQVETO in notis ad Innocent. III. epist. p. 142. & 143. Adocatini nati, sive legales, HENRICO SPELMANNO vero in Glossario Archaiologico, voce: *Advocatus*, Advocati soli: hi autem BOSQVETO. Advocati dati, SPELMANNO vero, cauissarum dicti fuerunt. De Advocacia legali Ducum Saxonie in Abbatiam Quedlinburgensem sic in Diplomate Ottonis I. apud KETTNERVM Histor. Quedlinb. pag. 75. disponitur: *Advocatum habeat, qui generatio-  
nis Ottonis I. in Francia & Saxonia regalem potestiva manu  
possideat sedem.* Si autem alter à populo eligatur rex, nostræ  
namque cognationis, qui potentissimus sit, *Advocatus nomi-  
netur.* De familiae Bethuniensis Advocacia in Conven-  
tum S. Vadaſti Atrebatt. v. INNOCENT. III. epist. 135. Lib.  
II. & BOSQVETVM in notis, nec non OLIVARIVM VRE-  
DIVM Geneal. Comit. Flandriæ P. II. p. 8. De Advocac-  
tia

tia Wiberti Groitensis in Cœnobium Pegaviense, vid.  
 CHRON. BIGAVIENSE ad a. 1106. De Dedonis  
 Misienis in Cœnob. Lauterberg, vid. CHRONIC. MON-  
 TIS SERENI ad a. 1127. De Advocatis vero datis sive  
 cauſarum, qui Synodo Carthag. can. 75. primitus intro-  
 ducti videntur. Sic Capitularia Caroli Lib. V. c. 31. lo-  
 quuntur: *Defensores ecclesiarum versus potentias secularium  
 vel divitium ab Imperatore sunt posendi & Lib. VII. c. 308.*  
*Pro ecclesiarum cauſis ac necessitatibus earum & servorum Dei  
 executores, vel Advocati seu defensores, quotiens necessitas in-  
 gruerit, a principe posuentur.* Plura de hisce Advocatis  
 eorumque muneribus du FRESNE in Glossario, voce:  
*Advocatus, IANVS A COSTA* in Comment. ad X. p. 161.  
 INNOC. CHRONIVS in paracit. X. sub Tit. de Jure Pa-  
 tron. PITROEVS in Glossario. 3. STEPHANVM BALV-  
 ZIVM Tom. II. Capit. p. 707. BIGNON. ad Marculfum  
 a. BALVZIVM T. II. p. 952. ANTON. DADINVS ALTE-  
 SERRA de Ducibus c. 5. GONZALEZ. TELLEZ. ad cap.  
 23. X. de Jure Patronat. & BERNHARD. ZEGER. ab ES-  
 PEN in Jure Ecclesi. univ. P. II. tit. 25. c. 1. adferunt.

§. V. Existimat equidem FRANCISCVS  
 de ROTI fundatores ecclesiarum exinde Patronos  
 appellatos fuisse, quod quondam fuerint domini  
 earum rerum, quibus fundata est ecclesia. Sed  
 probabilius videtur, illos ex eo patronos dictos,  
 quod patrocinium & defensionem ecclesiarum  
 fundatarum in se suscepserint. Ethoc etiam exin-  
 de patet, quod fundatores ecclesiarum non tam

B

jure

jure dominii, quam protectionis & defensionis jus patronatus exercuerint. Sic enim in Diplomatica Episcopi Augustodonensis, de dote & consecratione Ecclesiae montis Buznini apud STEPHANVM BALVZIUM 2) legitur : *Ea videlicet conditio ne, ut, dum nos, vel unus legalium heredum propinquior superstes apparuerimus, non TAM IVRE DOMINATIONIS ET HAEREDITATIS, QVAM DEFENSIONIS ET PROTECTIO NIS in mundeburdum omni tempore vita nostrae habere valeamus.* Unde recte FRANCISCVS DVARENVS 3) : *Quamvis, inquit, edificans sit dominus soli, in quo basilicam edificat, aut earum rerum, quas ecclesia constituta donat : tamen ratio juris non patitur, ut post consecrationem in ejus dominio manere videatur.* Itaque Patroni magis appellatio, quam domini ei convenire credita est, quas ecclesia defensor propugnatorque tantum sit.

1) In Prolegom. libri de jure patron. 2) Post Reginonem de Ecclesiastica disciplina p. m. 624. 3) Lib. v. de sacr. Eccles. ministeriis cap. 4. add. STEPHAN. BALVZIUS in notis ad Reginon. pag. m. 544. INNOC. CIRONIVS in Paratil. decret. sub tit. de Jure Patron. IANVS A COSTA in Comment. ad X. p. 162. & THOMASSIN. P. II. de discipl. Eccles. L. I. c. 29. sequ.

§.VI.

§. VI. Distinguitur autem Patronus in nos-  
tro significatu, nec non jus, ei competens, in ec-  
clesiasticum & laicum; quorum illud dicitur,  
quod vel ratione ecclesiae, vel dignitatis seu benefi-  
cii competit, quamvis fortassis illud à laico primi-  
tus originem habeat, qui deinde id vel ultima vo-  
luntate, vel etiam titulo inter vivos, tam oneroſo,  
quam lucrativo ecclesiae concessit 1): hoc vero ap-  
pellatur, quod non tantum laico sed etiam clericis  
ratione proprii patrimonii competit, licet primi-  
tus ex bonis ecclesiasticis fundatum sit, c. 28. §. nos  
igitur & cap. un. de Jure Patron. in oto. Unde Jus  
patronatus non semper ecclesiasticum est, quod  
personæ ecclesiastice competit, nec quod ex pro-  
ventibus ecclesiasticis acquiritur, nisi clericus, ec-  
clesiam ex ejusmodi proventibus extruens, expre-  
ſis verbis testetur, se ecclesiam illam fundare ex  
bonis alterius ecclesiae, quam tenet, eique Jus pa-  
tronatus addicat. 2)

1) Verum vero Jus Patronatus, Academiz compet-  
tens, laicale sit, an ecclesiasticum? RENATVS CHOP-  
PINVS de Doman. Regum Galliaꝝ Lib. III. tit. 27. §. 12.  
GONZALEZ. TELLEZ. ad X. sub tit. de Jure Patron. p.  
m. 771. & ZEGER. BERNH. ab ESPEN. P. II. Jur. Eccles.  
Univ. lit. 25. c. 2. §. 18. exposuerunt.

2) Quod con-

tra WAMESIVM notandum, qui Tom. II. Consil. 47<sup>o</sup>. naturam juris patronatus ex conditione possidentis reperendam esse, statuit; plura de hac distinctione apud LEVRENIVM in foro benefic. P. II. c. i. qu. 16. num. 2. IOAN. DARTISIVM de benefic. Sect. 6. cap. 6. GONZALEZ. TELLEZ. ad cap. 5. X. de Jure Patron. ESPENIVM l. c. & Dn. BOEHMER. ad X. sub tit. de Jure Patr. ubi simul §. 41. sequit. in originem juris patronatus ecclesiastici erudit inquit, invenies.

§. VII. Quod si vero contingat, ut unius ejusdemque beneficii duo 1) sint patroni, alter ecclesiasticus, alter laicus, qui simul 2) jure reprelantandi gaudent, mixtum jus patronatus dicitur. Et hoc casu propter communionem non privilegiatus sortitur naturam privilegiati; sociusque per socium consequitur, quod per se non potest, arg. L. si communem ff. Quemadmodum servitus amittat. Hinc, si agatur de tempore, ad praesentandum praeinitio, quia in doctrina de presentationis tempore ecclesia magis privilegiata est, quam laicus, totum illud ecclesiasticum censetur: è contra, si versemur in materia, in qua jus patronatus laicale magis privilegiatum est, quam ecclesiasticum, totum illud laicum censetur 3). Sic, sacerdicus & laicus simul sint patroni, eis variare in presentatione facta licet, quod alias soli patrono ecclesia-

§ 15

clericalis, quia spiritualia debent esse firmiora,  
permisum non est.

1) Idem dicendum, si plures sint Patroni, vel ecclesiastici vel laici, modo aequaliter iis jus patronatus competit; nam si ex tribus vocibus duas habeant laici, jus Patronatus totum laicale est, quod si vero duas voces habeat ecclesia, totum illud ecclesiasticum judicatur. v.  
LOTTER. de Benefic. p. II. S. 1. c. 1. qu. 17.

2) Nec minus mixtum hoc in casu Jus patronatus manet, licet alterius vicibus sive per turnum secundum Clement. 2. de Jure patron. presentatio fieri debeat, modo utriusque Patroni nomine presentatio fiat, quamlibet conventionem inter Abbatem S. Augustini Cantuariensis & certos Barones initam fuisse, ex THORNEO Anglo in Chron. a. 1229. FRANCISC. de ROY cap. 9. prolegom. tract. de Jure Patronatus praei. docet; quod secus se habet, si singulus turnarius in suo turno seorsim, nulla compatrioni facta mentione, presentat; tunc enim jus patronatus in turno Patroni laici mere laicale, in ecclesiastico turno mere ecclesiasticum habendum erit. v. ARNOLD CORVINVS A BELDEREN de person. & benefic. eccl. Lib. tit. 9. n. 15. ESPEN. p. II. Tit. 25. c. 2. §. 19. & c. 4. §. 23.

3) V. ABBAS ad cap. dilectus, de offic. leg. n. 5. FANGANVS ad cap. cum propter, de Jure patron. n. 28. & 29. FRANCISC. MANTICA Decis. 192. LEVRENIVS L. c. qu. 13. & IDELPHONSVS PEREZ. de LARA de Anni- vers. & Capellaniis L. II. c. 9. n. 12. & 15.

§. VIII. Sed queritur: Utrum in casu pri-  
ori, nota 2, antecedente proposito, dum scilicet Jus  
Patro-

Patronatus ad Ecclesiam & laicum simul pertinet,  
 factaque conventio, de candidato alternis vicibus  
 praesentando, in turno Patroni ecclesiastici illud ita  
 mere ecclesiasticum cendum sit, ut si pro turno  
 illius beneficium vacaret in mente Apostolico, il-  
 lud sub reservatione Pontificis cadat, & tamen pa-  
 tronus ecclesiasticus turnum suum consumat? Rp.  
 Canonistæ super hac quæstione non conveniunt.  
 IOANNES enim ANDREAS in cap. cum in illis §. fin.  
 inf. de præbend. in 6to, nec non GARCIA de benefic.  
 n. 614. aliquique illam affirmant, ex eo, quod ecclæ-  
 siasticus Patronus, in turno existens, dicatur vice  
 sua præsentare, quodve ad eum privative prælen-  
 tatio pertineat: è contra LOTTER. de Benefic. Lib.  
 II. qu. 10. n. 98. COVARRVIAS Pract. Quæst. 36.  
 n. 5. aliquique illam quæstionem affirmant, & qui-  
 dem recte, eo quod, dum in tali jure patronatus  
 constituitur turnus, non ea mixtura solvatur, nec  
 turnus dividat ipsum jus patronatus, aut jus præ-  
 sentandi, utpote quod est individuum, sed tantum  
 usum ejus & exercitium; accedit, quod, quoad  
 præjudicium, quod ecclesiastico juri patronatus  
 inferri potest, illud laicale, uti §. antecedenti mo-  
 nuimus, omnino cendum sit 1).

1) Ad L. si communem fundum ff. Quemadmodum servit. a.  
mitt.

mittit, ubi quis consequitur per socium, quod per se non potest. Simili modo ejusmodi mixtum jus patronatus pro laicali ad eum effectum habetur, ut in eo non requiriatur forma examinosis per concursum, posita in Concilio Trident. Sess. 24, de Reformat. c. 18. pro conferenda parochiali. vid. LAMBERTIN. de Jure Patron. L. II. p. 3, qu. 9. LEVRENIUS l. c. qu. 18. CORVINUS de person. & benef. Eccles. L. 5, tit. q. n. II. ENGEL. in Colleg. Jur. Canon. sub tit. de prabend. n. 61.

§. IX. Primis, equidem sæculis omne jus patronatus tam in ecclesia Orientali, quam Occidental i) ejusdem naturæ fuit; nam omnium foundationum inspectio ex plenitudine potestatis potissimum incumbebat Episcopis Diœcesanis, quibus, ut optime BALSAMON 2) annotavit, fundatores contraria legem, ne scilicet curam foundationum gererent, imponere non poterant, nisi ecclesia ab ipso Imperatore fundata, vel fundator ante ædificationem exemptionem à Patriarcha impetrasset 3). Hinc etiam laicis fundatoribus ex foundatione ecclesiarum nihil fere, nisi processionis aditus, uti GRATIANVS 4), ANTON. DADINVS ALTESERRA 5), INNOCENTIVS CIRONIVS 6), FRANCISCVS FLORENS 7), FRANCISCVS BOSQUEVS 8), IOANN. STRAVCHIVS 9) & Illustris BOEHMERVS 10) probe observarunt, antiquitus COM.

compētebat. Posteaquam autem sēculo circiter  
septimo & sequentibus à potentioribus oratoria  
domestica n<sup>o</sup>) in capellis & villis extrui ; nec mi-  
nus basilicæ laicis in feudum dari cōperuntur<sup>12)</sup>, non  
tantum patroni appellatione, sed & distinctio inter  
jus patronatus ecclesiasticum & laicum, uti STE-  
PHANVS BALVZIVS 13), FRANCISCVS BOSQUE-  
TUS 14), FRANCISCVS FLORENS 15), & Illustriſ  
BOEHMER. 16), optime docuerunt, invalidit.

- 1) Observante FRANC. FLORENTE P. II. Opp.  
Jur. Civ. & Can. p. 81. 2) Ad Tit. 2. Nomocan. Photii  
& ad Can. 8 Concil. Chalcedon. 3) Ad hanc potesta-  
tem, Episcopis Diœcesanis tum temporis competentem,  
patres Concilii Aurelianensis a. 511. apud HARDVINVM  
Tom. II. Concil. p. 1011. & apud GRATIANVM c. 10. c.  
16. qu. 17. his verbis provocant : *Omnis autem basilicæ, qua-*  
*per diversa loca constituta sunt, vel quotidie construuntur, pla-*  
*cuit secundum priorum canonum regulam, ut in ejus Episcopi,*  
*in cuius territorio sit, potestate consellant.* 4) Can.  
26. & 27. c. 16. qu. 7. 5) In Comment. ad X. Innocent.  
III. p. 469. 6) In Paratitl. ad X. sub Tit. de Jure Pa-  
tron. 7) In Cap. auditis de præscript. 8) In not.  
ad epist. Innocent. III. p. 186. 9) In Ameenit. Jur.  
Canon. Sem. I. Ecl. 6. n. 8. 10) In Usu hodierno X.  
sub tit. de Jure patron. §. 16. sequ. 11) De hisce sacrī  
laicorum privatī THOMASSIN de vet. & nov. discipl. L.  
II. c. 93. §. 7. seq. nec non Illust. BOEHMER. in Usu hod.  
Decret. sub tit. de Capell. Moaach. & alios religios. con-  
ferri

ferri merentur. 11) De qua ecclesiarum infestudatiōne  
ne p̄̄ ceteris Vir Celeberr. BOEHMERVS in diff. de po-  
testate Civili in Templa, conferri meretur. 12) In  
notis ad Regin. de discipl. eccl. p. m. 144. & in notis ad  
Agobardi opera p. m. 63. 13) In not. ad Innoc. III. e-  
pistol. p. 186. & 194. 14) P. H. Opp. p. 83. 15) In  
Usu hodierno X. sub tit. de Jure patron. §. 20. sequ.

§. X. Quia autem Episcopis & Clericis in-  
tolerabile posterioribus temporibus visum fuit,  
laicis in ecclesiā eorumque bona dominium  
quoddam & proprietatem, contra veterem eccles-  
iā disciplinam, tribuere, pr̄sertim, cum laico-  
rum templo & oratoria, in usū familiarum primi-  
tus extructa, parochialium ecclesiarum formam  
pedetentim induissent atque ecclesiā ordinariæ sive  
majores à laicis fere desererentur 1), & tamen laicis  
jus patronatus plane adimere, ne scilicet illi à fun-  
datione templorum aliorumque piorum locorum  
deterrerentur, non auderent, novam plane Porti-  
fices suis epistolis s̄culo XII. & sequentibus, in fa-  
vorem Episcoporum, juri patronatus laicali for-  
mam dare, illudque in eum statum, in quo primæ-  
vo tempore fuit, redigere tentarunt ; Statuebang  
enim jus patronatus esse rem spiritualem vel spiri-  
tuali annexam, adeoque jure stricto ne quidem de  
bonis laicorum esse, personamque laici tantum ex-

C

privi

privilegio Pontificis ad id esse habilitatam 2). Laicis nullum jus esse conferendi ecclesiis & officia sacra. Præsentationem nudam esse designationem personæ, cui ab episcopo munus ecclesiasticum concedendum sit, nec laicos dare posse, quod ipsi met non habeant. Jus patronatus jus singulare, odiosum & speciem servitutis esse 3). Solam ecclesiam de controversiis, circa jus patronatus ocurrentibus, judicare posse 4) & quæ sunt alia ejusmodi Juris Pontificii principia, imminuendi Juris Patronatus laicalis caussa, inventa.

1) Conqueruntur super hoc Ordinariarum Ecclesiastarum neglectu patres Concilii Ticinensis a. 855. c. 3. apud HARDVINUM Tom. V. Concil. p. 98. his verbis: *Doctrinæ vero & predicationis in populo partim Episcoporum & reliquorum sacerdotum, partim vero populi negligentia, non sicut necessarium est, procuratur. Et sacerdotum quidem injuria nullatenus est excusanda. Quidam vero laici & maxime potentes at nobiles, quos studiosius ad predicationem venire oportebat, juxta domus suas basilicas habent; in quibus, divinum audientes officium, ad majores ecclesiæ rarius venire, conservarentur. Et dum soli afflicti & pauperes veniunt, illis predicandum est? Si autem divites, qui pauperibus injuriam facere soliti sunt, venire non renuerint, admoneri utique possent, ut eleemosynia peccata sua redimerent, & a fluxu rerum temporalium abstinerent; admonendi igitur sunt potentes, ut ad majores ecclesiæ, ubi prædicationem audire possunt, conveniant, & quantum domus omnis*

omnipotens Dei divitiae & honoribus ceteras antecedant, tanto ad audiendum precepta conditoris sui alacrius festinare. add.  
 ZAEGER. BERNHARD ab ESPEN. P. II. Jur. Eccles. U. v Tit. 25. c. 2. §. 15. 2) Ut in exc. 19. X. de Jure Patron. in prima Decretalium apud ANTONIVM AVGVSTINVM, rescripto Ioanocentij IV. apud MATTHAEVUM PARISIENSEM in Histor. Angl. in additam. p. 104. nec non ex cap. 16. Collect. Gregor. de Jure Patron. patet.  
 3) Ipse equidem FRANCISCVS FLORENS Part. II. Opp. p. 81. Jus patronatus esse jus singulare, moribus receptum, contra tenorem & rationem juris communis, in gratiam fundatorum, afferere non dubitavit, sed saniora principia FRANCISCVS de ROY cap. 5. Prolegom. de Jure patronatus profert, jusque patronatus non esse servitutem, nec ecclesiæ libertatem immuinere, recte statuit, quia, sit, patroni nullum jus in ecclesiistarum collatione habent, sed eam iurant eique favent, dum idoneos clericos invenerint, quos Episcopus iustitia instituat. 4) Sic enim ALEXANDER III. in cap. 3. X. de Judic. ait: *Causa vero patronatus ita conjuncta est & connexa spiritualibus causis: quod non nisi ecclesiastico judicio valeat definiri.* add. MATTHAEVUS PARIS. in Hist. Angl. p. 134. & 680. Sed in Gallia sputidum hocce Juris Canonici dogma proscriptum esse, AVERRIVS de potest. seculari reg. fallent, 21. & REBUFF. in quib. causs. Jud. secul. n. 21. testantur, quod ægre fere ANTON. DAD. ALTESERRA, JCtus Gallus in hæc verba, Lib. VI. de Jurisd. Ecclesiast. p. 229. erupit: *Jure ponensio de jure patronatus cognoscit Episcopus.* Quia illud annexum est spirituale. Moribus nostris causa juris patronatus spectat ad Judicem laicum. Quia depravato fere rerum omnium sensu jus patronatus habeatur pro temporali. Neque

*ea Ecclesia labes Gallia peculiaris : quia jam olim etiam hoc do-  
gma tuta est Ecclesia Anglicana. Quam fere pessum dedit.  
Verum Alteserram hic affectibus suis indulgere , Vir Illu-  
stris IOANN. PETRVS A LVDWIG in Diss. de hæredio  
Nominatore c. 3. §. 5. not. a bene judicavit.*

§. XI. Ex eodem fundamento diversa pla-  
ne inter patronum ecclesiasticum & laicum jura  
Pontifices introduxere, quæ, licet primo intuitu in  
laicorum favorem introducta videantur 1) : ta-  
men, si accuratius ea considerentur, pleraque ad  
immintendum Jus patronatus laicale, & quo Cle-  
rici laicos à suis præsepibus arcerent, ut pluribus  
sequentibus monstrabimus , excoxitata fuerunt.  
Primum autem diversum Juris patronatus ecclesias-  
tici & laici Jus in eo consistit, quod scilicet Patro-  
nus laicus intra quatuor c. 3. & 27. X. de Jure pa-  
tron. cap. un. eod. in 6to, ecclesiasticus vero intra sex  
mensium spatum, sub pœna devolutionis pro ea  
vice, præsentare teneatur. c. 2. X. de Concess. præb.  
non vac. c. 22. X. de Jure patron. Licet enim olim  
certum præsentandi tempus patronis præscriptum  
non fuerit, sed tantum Patroni ab epilcopo illius  
loci admoniti, ut tempestive ecclesiæ provideant,  
clericumque idoneum præsentent: tamen, neces-  
itate svadente, ne scilicet pro defectu pastoris, ut

INNO:

INNOCENTIVS III. in cap. 41. X. de Elect. loquitur,  
 gregem dominicum lupus invadat, aut in faculta-  
 tibus suis ecclesia viduata grave damnum patiatur,  
 sæculo IX. & sequentibus Canonibus Concilio-  
 rum, & quidem can. 24. Concil. Romani a. 826. &  
 c. 17. Concil. Lateran. III. a. 1179. certum tempus  
 scilicet trium mensium (quod deinceps in cap. 3. X.  
 de Jure patron. in quatuor mensium spatiu[m] for-  
 san ex errore, vel quia variantes Canonum citato-  
 rum lectiones extitere, mutatum 2), definitum  
 fuit. Et cum deinceps ALEXANDER III. spatiu[m]  
 sex mensium, quod præbendis conferendis can. 8.  
 citati Concil. Lateran. præscriptum, ad patrono-  
 rum præsentationem in c. 22. X. de Jure Patron. ex-  
 tenderit. INNOCENTIVS vero III. quatuor men-  
 ses Juri præsentandi in c. 27. eod. iterum præfinive-  
 rit, Juris Canonici interpretes, quo horum capi-  
 tularum dissonantiam tollerent, cap. 22. de Eccle-  
 siastico, c. 27. vero de Laico Patrono intellexerunt,  
 quæ prudentum interpretatio, cum à BONIFACIO  
 IX. in cap. unic. de Jure Patron. in oto approbata fu-  
 erit, primum hocce diverlum patroni ecclesiastici  
 & laici Jus peperit 3).

1) Unde etiam LUDOVICVS ENGEL in Colleg.  
 Jur. Can. sub tit. de Jure patron. p. m. 862, scribere non  
 veretur:

voretur: Regulariter autem (excepto tempore ad presentandum) semper magis privilegium est jus Patronatus laicorum, quam ecclesiasticum, ut laici habeant remunerationem aliquam fundacionum suarum & ad eas faciendas tanto magis inveneruntur. Ecclesiastici vero, cum raro jus patronatus habeant ex fundatione, sed frequentius ex privilegio vel donatione, ideo tantum favorem non meteri videntur. 2) Quod enim Can. 17. Concil. Lateranensi. III. ex quo cap. 3. X. de Jure patron. desuntum, trium mensium spatiom juri praesentandi praefitrum fuerit, non tantum ex prima Compilatione X. sub tit. de Jure patron. cap. 4. sed etiam ex GYLIELMI NEVRIGENSIS Lib. III. Rer. Anglic. c. 3. probatur, ubi, decreta Concilii Lateranensis III. recensens, inter alia: Si autem, sit, hoc sine scandalo esse non poterit, ordinet Antifles Ecclesiam prout melius eam secundum clericum viderit ordinandam. Id ipsum etiam faciat, si de Jure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competit, intra tres mens. non fuerit definitum. Concilii Lateran. III. dispositio in Ordinat. Eccles. Serenissimorum Ducum Saxoniae, IOHANNIS ERNESTI, ADOLPH. WILHELMI, IOHANN. GEORGII & BERNHARDI etiam approbata videtur, ubi pag. 272. sequentia disposita leguntur: Wann aber der Lehn-Herr keine taugliche Person nominiren und vorstellen könnte oder wollte/ und damit über drey Monath verzichten würde/ so soll derselbe seines Ambts vom Consistorio erinnert und ihm ein gewisser Tag zur Nominacion bestimmet werden/ da er nun dessen allen ohngeachtet/ sich nochmahls färmig erweisen würde/ so sollen unsere Verordnete mit Bestellung derselben Pfarre/ Diaconat und Sub-Diaconat, als oblaut/ versfahren/ jedoch soll solches ins-  
 künff.

Künftige denen Patronis an denen Collatoren un Nachtheilig und unabbrüchig seyn. 3). Et diversum hocce factale etiam in ecclesiis protestantium observandum esse censeo, nisi aliud spatium in ordinationibus ecclesiasticis, uti in adducta ordin. Vigariensi factum, prae finitum fuerit. In Electoratu Saxonie, dum ex Ordinac. D. Augusti viduæ & liberis defuncti pastoris in solatium annus gratia, qui tamen per sex menses tantum durat, assignatus fuit, tempus hocce, ad praesentandum Jure Canonico definitum, non attenditur; CARPOV. L. I. Jurisprud. Consistor. tit. 2. def. 15. BRVNNEMANI. in Jure Eccles. L. 2. c. 8. §. 2. Interim, si, eliptio anno gratia, patronus neminem praesentaverit, admoneri ille, eique certum tempus, intra quod novum pastorem praesentare debeat, sub poena devolutionis præfigi solet. vid. Rescriptum supremi Consist. Dresd. apud ADR. BEYER, in addit. ad Carpov. Jurispr. Consistor. p. m. 13. & 14.

§. XII. Sed queritur: A quo tempore spatium, ad praesentandum præstitutum, currere incipiat? Respondeatur, licet LAMBERTINVS 1), aliqui apud NICOLAVM GARCIAM 2), citati, illud à die vacationis currere, sciverit vel ignoraverit patronus, contendant: Tamen, cum hocce tempus in poenam negligentiae introductum sit, per cap. 5. & 12. X. de concession. præbend. negligentia autem nemo accusari possit, nisi, vacationem sciat, verius est, illud à tempore verae & indubitate notitiae, benefici-

neficium vacasse, currere 3), nec minus aliud quodcunque impedimentum 4), sive juris sive facti, ejus cursum impeditare, quemadmodum INNOCENTIVS III. prius in cap. 3. X. de supplend. neglig. Prælat. & in cap. 5. de Concess. præbend. posteriorius autem in cap. 5. cit. nec non cap. 41. X. de Election. ubi dictus Pontifex, tempus suspensionis Archiepiscopi in sex mensibus nullatenus computari, respondet, aperte fundatur.

1) De Jure patron. LII. p. 2. art. 8. n. 18. 2) De benefic. P. 10. c. 2. n. 34. 3) Arg. L. fin. ff. *Quis ord. in bono poss. serv. ubi ICtus MARCELLVS ait: Non cedent dies centum, incipiunt autem cedere, cum certior fieri potuerit.* Et hanc sententiam, ceu veriorem sequit in textibus Juris Canonici fundatam, ROCHVS A CVRTE de Jure patron. verb. honorificum n. 57. CAROLVS MOLINAEVS ad Confvet. Paris. tit. de ferd. §. 55. gl. 10. n. 24. & ad Regulas Cancellariz n. 59. BERTRANDVS Vol. IV. Cons. 129. PEREZ de LARA de Annivers. & Capellan. L. 2. c. 9. n. 34. sequ. FRANCISCVS FLORENS. ad Tit. X. de Jure patron. P. II. Opp. p. 284. & 296. GONZALEZ. TELLEZ. ad cap. Litteras. De Suppl. neglig. Prælator. HENR. PIRRHING. in Meth. nova Jur. Canon. sub tit. de Jure patron. Sect. 4. §. 4. BERNHARD. ZEGER. ab ESPENO in Jure Eccles. L. II. c. 8. §. 3. FINCKELTHAVS. de Jure patron. c. 6. n. 85. & Illust. BOEHMERYS sub tit. X. de suppl. neglig. Prælat. propugnant. Quorum Doctorum sententia procedit, licet unus tantum patronorum ignoraverit. BARBO SA de Jure Eccles. L. III. c. 12. n. 167. vel. si fune

si fundator mandaverit, præsentationem intra quatuor menses à die mortis vel vacationis esse faciendam, quia voluntas fundatoris semper secundum Juris Communis dispositionem, dum aliud non expressum, intelligenda est. Quamvis autem hoc tempus ratione initii utile sit: continuum tamen illud est ratione cursus, adeo, ut de momento in momentum currat, nec singulis mensibus 31. dies attribuantur, sed menses computentur, prout hi in Calendario à tempore notitiae occurront. NICOL. GARCIAS de benef. P. 10. c. 2. n. 42. & LEVRENIVS in foro Benefic. P. II. Sect. I. c. 2. qu. 139. 4) Modo non sic impedimentum, propria culpa procuratum, veltale, quod commode amoveri potuit. v. LEVRENIVS l. c. qu. 140. & 141. PASSERINVVS de Elect. Canon. L. 13. qu. 4. n. 28. nec non Vir Celeb. IVST. HENNING. BOEHMERIVS in diff. de Juribus Capituli sede impedita.

§. XIII. Diversi hujus inter patronum laicum & ecclesiasticum introducti Juris Canonici interpretes & inter hos PAVLVS LANCELOTVS 1), HENRICVS CANISIVS 2), LUDOVICVS ENGEL 3), RICCIUS 4), ANTON. DADINVS ALTESERRA 5), & HENRICVS FIRRHING 6) hanc dant rationem, quod æquum sit, ut, qui in uno gravatur, in alio sublevetur; cum ergo laicus patronus variare, &, postquam unum præsentavit, alium præsentare queat, eum in alio gravari debere, ita, ut non habeat, nisi quatuor menses ad præ-

D

sen-

Ientandum: è contra, sicuti Patronus ecclesiasticus non possit variare, sed in præsentatione semel facta persistere debeat, ideo in alio eum deberi sublevari, ut haberet longius tempus ad præsentandum, scilicet lex menles. Verum enim vero, cum, maximo laicorum damno, uti mox monstrare volo, quo scilicet jus eligendi & determinandi devoveretur ad episcopum, iis variare liceat, hanc rationem valde ridiculam, &, ad incertos laicos decipiens, inventam, quilibet facile intelliget 7).

- 1) Libr. I. Instit. Jur. Can. Tit. 28. §. 3. 2) In Comment. ad X. & quidem ad c. 25. de Jure patronatus.  
 3) In Colleg. Jur. Can. sub tit. de Jure patron. p. m. 864.  
 4) In praxi fori Eccles. Decis. 127. 5) In Comment. ad Innoc. III. Decretal. p. m. 471. 6) In nova meth. Jur. Canon. sub tit. de Jure patron. Sect. 4. §. 4. 7)  
 Quod etiam STRYCKIUS in not. ad Brunnum. Jus Eccles. L. II. c. 3. §. 8. & Illustris IOH. PETRVS de LUDWIG. in Diff. de hæret. nominat. c. 4. §. 7. not. a. probe observarunt.

§. XIV. Secundum diversum Patroni laici & ecclesiastici jus in eo consistit, quod illi variare permisum sit, huic non æque, scilicet, quod laicus intra tempus in Jure Canonico definitum & antequam institutio primi præsentati in ecclesia vel beneficio facta, plures successive 1), præsentare possit,

183 ) 29 ( 83

sit, eo scilicet effectu, ut episcopus etiam posterius  
præsentatum prius præsentato præferre queat, ec-  
clesiastico vero patrono, unicum tantum præsen-  
tare, permisum sit, &, si de facto plures præsenta-  
verit, prior omnino præferendus sit; Licet autem  
hæc distinctione in textibus Juris Canonici non fun-  
data, sed à Doctoribus inventa, multis videatur:  
tamen originem suam ex LV cii III. epistola 2), quæ  
in cap. 24. X. de Jure patron. reperitur, habet, ubi,  
proposita quæstione: Si patronus Clericum ido-  
neum Episcopo ad vacantein ecclesiam præsenta-  
verit & postulaverit postmodum, eo non refuta-  
to, alium æque idoneum in eadem ecclesia admit-  
ti, quis eorum alteri præferatur? Pontifex Nor-  
vicensium Episcopo sequentem in modum respon-  
dit: Judicio Episcopi creditus relinquendum, si  
laicus fuerit, cui jus præsentandi competit. Ve-  
rum, si collegium vel religiosa persona præsentati-  
onem haberet, qui prior est tempore, prior jure  
merito videtur, quam distinctionem inter patro-  
num ecclesiasticum & laicum INNOCENTIVS III.  
pontifex in cap. Pastoralis 29. X. de Jure patron. ex-  
prese confirmavit, hoc tamen addito, ut, si Epi-  
scopus à Patrono laico prius præsentatum malitio-  
se rejecerit, ei competens beneficium dare tenea-  
tur 3).

D 2

i) Non

1) Non privative, i.e. rejiciendo omnino priorem  
 præsentatum HERTIVS Confil. 230. n. 10. nisi prima præ-  
 sentatio plane invalida, tunc enim tempore, ad præsen-  
 tandum præfinito, nondum elapsio, licitum est patronis  
 laicis, recedendo in totum à prima præsentatione, varia-  
 re, a. cap. Cum laicis. X. de Jure patron. FAGNANVS in  
 c. cum autem eod. PIRRHING. in nova method. Jur. Can.  
 sub tit. de Jure patron. p. m. 618. 2) Huc etiam Ju-  
 ris Canonici interpres cap. 5. X. de Jure patron. referunt  
 V. PIRRHING. l. c. p. 627. 3) V. PIRRHING. l. c. &  
 IANVS A COSTA in Comment. ad X. p. m. 553.

§. XV. Varias diversi hujus juris Doctores  
 afferunt rationes; quidam enim, ut INNOCEN-  
 TIVS & ABBAS 1), VALENZVELA 2), VIVIA-  
 NVS 3), TVSCH. 4), IANVS A COSTA 5), & alii  
 docent, præsentationem patroni ecclesiastici ha-  
 bere vim collationis sive electionis eamque jus ali-  
 quod præsentato tribuere, quod illi per ulterio-  
 rem præsentationem auferri nequeat, quod secus  
 se haberet in præsentatione facta à laico, quippe  
 quae nullum jus præsentato tribuat, quae ratio,  
 licet Glossa ad cap. 24. X. de Jure patronat. eam in-  
 dicasse videatur, dicens: Patronum ecclesiasticum  
 variare non posse, quia Clerici patroni pinguus jus  
 habent, quam laici, & INNOCENTIVS IV. ad di-  
 Etum capit. : Id circa clericalis variatio est inter-  
 dicta,

¶ ) 11 ( ¶

dicta, quia illorum presentatio vicem habet electio-  
nis, disertis verbis illam habeat: Tamen pruden-  
tioribus Juris Canonici interpretibus, ut LAMBER-  
TINO 6), GONZALEZ. TELLEZ. 7), aliisque,  
dum quod nullo juris textu cavitur, praefentatio-  
nem patroni ecclesiastici vicem obtinere electio-  
nis, tum etiam, et si illa electionis vices haberet,  
non ideo jus in re producat, sed ad rem tantum,  
displicer. Alii rursus 8), hujus differentiae hanc  
rationem assignant, quod, cum patronum ecclae-  
siasticum minus deceat inconstantia seu variatio,  
secundum cap. I. de renunc. in 6to, eique plus tem-  
poris ad praesentandum, quam laico concedatur,  
nec minus ille facilius idoneum clericum, propter  
affiduam conversationem, invenire possit, quam  
patronus laicus, ideo illis variare non licere, sicut  
laicis.

- 1) Ad cap. cum autem X. de Jure patron. 2)  
Consil. 103. n. 4. 3) De Jure patron. Lib. 10. c. 1. n. 5.  
4) Tom. V. Conclus. Pract. Concl. 152. lit. P. 5) In  
Comment. ad cap. 4 X. de Jure patron. 6) De Jure  
patron. P. 1. L. 1. art. 5. qu. 1. 7) In Comment. ad cap.  
5. X. de jure patron. 8) Ut GONZALEZ. TELLEZ.  
ad cap. 5. cit. IANVS A COSTA in Comment. ad X. p.  
§ 4. ANTON. DADIN. ALTESERRA in Comment.  
ad X. Innocentii III. pag. 72. & DARTIS. de benefic. sectio-  
6. cap. 6.

§. XVI. Sed si dicendum, quod res est, etiam haec variandi facultas, laicis patronis indulta, in maximum illorum praejudicium & ad infingendum Jus patronatus laicale, utri IOHANN. SCHILTER. 1), GOTTLIEB. GERHARD. TITIVS 2), CASPAR. HENRICVS HORNIVS 3), & Illustris BOEHMERVS 4), probe observarunt, sicut introducta. Cum enim per secundam vel tertiam præsentationem prior non revocetur, nec revocari possit, sed Episcopo electio competit, quem ex diverso tempore præalentatis velit præferre, eique sacrum officium concedere, secundum cap. 24. X. de Jure patron. ita contigit, ut jus patronatus laicale in simplicem & nudam nominationem sensim transmutatum fuerit, utque non tam Patronus laicus, quam Episcopus jure præficiendi ecclesiæ amplius gaudeat. Imo inde factum videtur, ut patroni in quibusdam ecclesiæ duos vel tres candidatos, magno cum suo præjudicio, simul præalentare ad stricti fuerint. Et hanc differentiam contra veterem disciplinari ecclesiasticam in favorem ecclesiæ, & ad imminuendum Jus patronatus laicale introductam esse, ipsi cordatores Pontificii ingenue satentur. Sic enim ZEGER. BERNHARD. ab ESEN. 5). Porro, inquit, *hac inter patronum laicum*  
*et eccl.*

Ecclesiasticum differentia contra veterem disciplinam, que eam non agnovit, inducta videtur, quod pro firmissimo principio apud Canonistas receptum esset, laicos nullum profusus jus dare posse in beneficiis, & consequenter, quod ipsorum presentatio nullum jus ipsi presentato daret, sed per presentationem quodammodo tantum Episcopo indicaretur, quod bunc presentatum Patronis desideraret institui: atque ita nullatenus inconveniens judicabatur, si plures Episcopo successive offerre posset, ut ex iis digniorem institueret; cum nullum jus prius presentato per presentationem videretur acquisitum, sed id demum ab Episcopo accipere debeat. Nec minus PETRVS LEVRENIVS 6): Dicta accumulativa variatio, seu plurium successiva & sepius repetita presentatio, sit, utilis est ecclesie: quo enim offeruntur plures, eo majorem defectum habet Episcopus, ut ex iis eligere posset, quem videt ecclesie aptiorem.

- 1) In Institut. Jur. Can. L. I. tit. 13. §. II. 2) In der Probe des geistlichen Rechts L. I. P. 7. §. 13. 3)  
In not. ad Schilt. l. c. 4) In Comment. ad X. sub tit.  
de Jure patron. §. 93. 5) In Jure Eccles. Univ. p. II.  
tit. 25. c. 5. §. 19. 6) In Foro Benefic. P. II. Sect. I. pag.  
m. 74.

§. XVII. Sed disceptatur inter Juris Canonici interpres: Utrum Patrono laico semel tan-

tum

tum intra quadri mestre, an vero pluries variare licet? Sunt enim, qui, illam variationem semel tantum posse fieri, statuunt 1), Tum quod cap. cum autem X. de Jure patron. in verbis: alium aque idoneum, &c: quis eorum alteri preferatur, tantum de duobus successive, non de pluribus loquatur, tum etiam, quod variatio odiosa, & confusio, quæ ex actuum multiplicitate & reiteratione provenit, L. 13. §. fin. ff. de damno insect. L. 11. §. 18. ff. de leg. 3. vitanda sit. Sed cum per hancce Patroni laici variationem accumulativam nullum Episcopo afferatur præjudicium, cum in hujus arbitrio positum, quem ex diverso tempore præsentatis eligere velit, imo, quo plures præsentantur, tanto amplior eligendi facultas Episcopo detur, nec etiam dispositio vel textus Juris Canonici in contrarium adsit, ad illorum sententiam 2), qui patronum laicum sèpius, reintegra, variare posse, defendant, merito accedo.

1) UCFAGNAN. ad cap. 24. X. de Jure patron. BARBOSA ad id. capit. GARCIAS de benefic. P. 5. c. 9. n. 214. PIRRHING. in Jur. Canon. nova method. sub tit. de Jure patron. p. m. 628. GONZALEZ TELLEZ ad cap. 5. X. de Jure patron. & ex nostrisibus ERVNEMANN. in Jure Eccles. L. II. c. 8. §. 4. 2) Quam sententiam, præter Glossam ad Clement. plures, de Jure patron. FRANC. FLO-

FLORENS. P. II. Opp. p. 269. & ZEGER. BERNHARD.  
ab ESPEN. in Jure Eccles. Univ. P. II. tit. 25. c. 5. pag. 22.  
tenent.

§. XVIII. Nec minus Juris Canonici Do-  
ctores circa questionem : Utrum Patronus laicus  
lite, ratione primi præsentati habilitatis mota, pen-  
dente, variare, aliumque præsentare possit? non  
conveniunt: IOANNES ANDREAS 1) enim & alii,  
quos citat & sequitur CAESAR LAMBERTINVS 2)  
affirmativam defendere student, eo, quod laico  
Patrono intra quatuor menses absque hac restri-  
ctione variare, in c. 5. 24. & 29. X. de Jure Patron.  
permisum sit, nec etiam cap. 1. Ut lite pendente in  
6to. cum illic de electionibus & collationibus, vel  
de calu, si de duobus præsentatis alter jam fuerit in-  
stitutus possessionemque adeptus, trahetur, hanc  
licentiam, Patrono laico epistolis Pontificum in-  
dultam, impeditat. Verum, enim vero cum iuxta  
cap. 2. eod. præsentato & instituto, lite pendente  
mortuo, non liceat Patrono, qui illum præsenta-  
verat, alium præsentare, cessante omnino per  
mortem & præsentatione & institutione, sane litis  
pendentis ratio impedimentum etiam præstabit  
præsentationi, vivente adhuc primo præsentato,  
accedit, quod principia Juris non permittant, ut

E

lite

Ute pendentē aliquid innovetur, tot. tit. X. ne lite  
pendente, quodve id, quod de electione in Jure  
Canonico statutum, ut scilicet lite pendente super  
alicujus electione, ad aliam progredi non liceat,  
commode ob identitatem rationis, ne scilicet per  
novos adversarios litigia in grave ecclesiæ dispen-  
dium prorogari contingat, ad præsentationem,  
quaæ in Jure Canonico electioni sèpius æquipara-  
tur, applicari possit, merito illorum sententiam  
amplector, qui Patronum laicum, lite super præ-  
sentatione pendente, neque recedendo à primo  
præsentato, neque accumulando, variare posse,  
contendunt, quam etiam LANCELOTTVS 3),  
DIDACVS COVARRVIAS 4), GARCIAS 5), HEN-  
RICVS PIRRHING 6), & PETRVS LEVRENIVS 7)  
propugnant.

1) Ad cap. i. Ut lite pendent. in 6to. 2) De Ju-  
re patron. L. 2, p. 1, qu. 6. art. 12. 3) De Attentat. P. 21  
c. 4. in præf. n. 560. 4) Pract. qu. 36. n. 2. 5) De  
benefic. p. 5, c. 9. n. 217. 6) In Jur. Can. Nova Meth.  
sub tit. de Jure patron. p. 629. 7) In Foro Benefic.  
P. II. Sect. I. c. 2. qu. 147.

§. XIX. Eodem modo, Patrono laico jus  
variandi non competere, puto : I) Si jurejurando  
promisi, se alium non præsentaturum 1), tum,  
quod

quod omne juramentum servandum, quod sine  
dispendio æternæ salutis servari potest, c. 28. X. de  
Jurejur. tum, quod promissio de præsentatione,  
alternatim facienda, juxta Clement. 2. de Jure Pa-  
tronat. servanda, ergo multo magis servandum id,  
ad quod quis jurejurando sese adstrinxit 2). II.) Si  
audum tantum pactum de non variando interces-  
sit, cum omne pactum servandum & quilibet juri,  
pro se introducto, renunciare possit 3). Nec mi-  
nus III) juri variandi locus non datur, in præjudi-  
cium Patroni ecclesiastici, si scilicet in mixto jure  
patronatus patronus laicus & ecclesiasticus unum  
eundemque 4) præsentaverint, & laicus alium  
præsentare velit, eo quod per talem concordem  
præsentationem laicus tacite sese obligasse videa-  
tur, ad perseverandum in voluntate compatrioti  
sui ecclesiastici.

1) Vid. CAESAR LAMBERTINVS de Jure patrono.  
L. 2, p. 2, art. 16. qu. 17. ROCHVS de CVRTE de Jure pa-  
tron, verb. *bonorificum* & MELCHIOR PELAEZ a ME-  
RES de Majorat. & Meliorat. Hispania P. I. qu. 21, p. 174.  
Aliud obtinet, si Patronus tantum juraverit, se non re-  
vocare velle, factam de Titio præsentationem, quia hoc  
in easu Patronus, dum nihilominus jure variandi uitur,  
& alium præsentat, priam præsentationem non revo-  
cat, sed tantum accumulative alium Candidatum nomi-  
nat,

nat, adeoque Ordinario facultatem, adhuc primum praesentatum instituere, non admittit. vid. LAMBERTIN. de Jure patron. P. I. L. 2. qu. 4. a. 13. n. 3. LEVRENIVS in Foro Benefic. P. II. Sect. I. c. 2. qu. 149. Nec minus valida hoc in casu secunda praesentatio erit, si primus praesentans, in cuius favorem juramentum de non variando praesertim, beneficio suo renunciet. Card. de LVCA de Jure patron. Dec. 43. n. 10. 2) Et hanc sententiam GVTIEREZ. de Juram. confirm. p. 3. c. 13. n. 6. ZOESIVS in Comment. ad X. n. 49. PEREZ. de LARA de Annivers. & Capellan. L. 2. c. 9. n. 23. HENRICVS PIRRHING. in Nova Meth. Jur. Can. sub tit. de Jure patron. p. m. 629. & LEVRENIVS l. c. qu. 149. tenent. 3) Quam opinionem recte, meo judicio, GVTIEREZ. l. c. num. 13. LARA l. c. & LEVRENIVS l. c. qu. 150. defendant. 4) ABbas ad cap. Cum autem X de Jure patron, PIRRHING. l. c. p. 628. alter se res habet, sicut mixto Jure patronatus patronus laicus Titium, ecclesiasticus vero Mevium praesentavit; hoc enim in casu laicus jure variandi nihilominus gaudebit. BARBOSA de potest. Episc. alleg. 72. n. 166.

§. XX. Tertium diversum juris patronatus ecclesiastici atque laicalis jus in eo consistit, quod patronus laicus etiam scienter 1), intra terminus praesentationi praefinitum, indignum praesentans, non privetur potestate alterum praesentandi pro ea vice, sed moneri tantum debeat, ut alium cumque idoneum praesenter, ecclesiasticus vero patronus hoc in casu privetur 2) jure praesentandi  
pro

pro ea vice & ad proximum superiorem 3) libera collatio devolvatur 4). Liceret enim is, qui indignum scienter præsentat, mortaliter peccet, eo, quod muneri suo non satisfaciat ecclesiæque magnum incommodum afferat: tamen, cum laicus patronus variare possit in præsentatione idonei Candidati, tempore, ad præsentandum præfinito, nondum elapso, multo magis hoc ei, si indignum præsentat, licere debet; accedit, quod nullibi de jure cautum reperiatur, quod patronus, scienter præsentando indignum, jure præsentandi pro ea vice privari debeat, quodvde ALEXANDER III. in cap. 4. X. de offic. Judic. Ordin. in calu, ubi patronus laicus indignum præsentavit, Cantuariensium Archiepiloco rescripsit: Ut superior non tam ius devolutionis exercere, quam potius Oeconomum, qui beneficij vacantis fructus colligat, eosque in ecclesia utilitatem convertat, aut successori conservet, constituere debeat.

1) Existimant equidem nonnulli Doctores, patronum laicum, scienter indignum candidatum præsentantem, jure præsentandi, privari, ex eo, quod scienter indignum eligens, privetur jure suo pro ea vice cap. 1. & 12. X. de concess. præb. c. 41. X. de Elect. quodvde gravius peccatum sit, inutiliter constituere pastorem, quam nullum, c. 2. X. de translat. Episc. & PETRVS de MVRGA de benef.

sic. qu. III. §. 10. n. 486. sed hanc poenam privationis, de eli-  
 gentibus scienter indignum, expresse statutam, ad præ-  
 sentantes scienter indignum, tum quod odiosa restrin-  
 genda sunt, tum etiam, quod electio jus in re, præsentatio  
 vero jus ad rem tantum tribuat, non extendendam esse,  
 HENRICVS PIRRHING. in Nova meth. Jur. Can. sub-  
 tit. de Jure patron. n. 194. recte monuit. 2) Utrum  
 vero haec devolutio ipso jure sit, an vero sententia decla-  
 ratoria opus sit. vid. a. Dn. BOEHMER. in Usu Mod.  
 Jur. Eccel. sub tit. de supplenda neglig. prælat. §. 6. & 7.  
 3) Ipsa vero devolutio, gradatim fieri debet, veluti ab in-  
 ferioribus prælatis ad episcopum, ab hoc ad archiepisco-  
 pum, & sic porro, c. 2. & 3. X. de Supplend. neglig. Præ-  
 lat. quod ex Bulla IOANNIS XXII. a. 1333. qua apud STE-  
 PHANVM BALVZIVM in collect. auct. veter. num. 81.  
 p. 582. sequ. extat, egregie illustratur, verba ejus haec sunt:  
 Item volumus, ut electio Decani (in ecclesia Villa Novæ A-  
 venionensi) ad capitulum pertineat, ad III. menses à die no-  
 ticie obitus. Quodsi menstres lapsi fuerint, electio devolu-  
 vatur ad presbyteros. Si vero neque absolvorint electionem  
 intra spatium trimenses, devolvatur electio ad Episcopum A-  
 venionensem. Nec minus devolutio sit cum qualitatibus  
 beneficio devoluto annexis, PETR. LEVRENIVS in fo-  
 ro Benef. p. II. S. 1. c. 2. §. 4. qu. 153. in fin. PETR. REBVFF.  
 in praxi benef. p. 121. hue etiam Instrum. Pac. ait. 5. §. 26.  
 verba sequentia pertinent: Et si electiones debito tempore  
 modove non siant, præbendarum vacantium distributio & col-  
 latio in ejusdem religionis personas, cuius decedens fuit, ex ju-  
 re devoluto ad eosdem pertineat. add. Auctor Meditat. ad  
 Instrument. pac. cit. l. p. 43. 4) Cap. 7. §. fin. X. de  
 Elect. & cap. II. in f. X. de Excess. Prælator. cons. INNO-  
 CENT.

CENT. III. epist. 216. Lib. 3. FRANC. FLORENS. p. 11.  
 Opp. Jur. Can. & Civ. p. 269. ALEXAND. CHASSANAEVS  
 in Paratitl. X. sub tit. de Jure patroni. p. m. 254. ANT. DA-  
 DIN. ALTESERRA in Comment. ad INNOCENT. III.  
 Decretales p. 101. INNOC. CIRONIVS in Paratitl. ad X.  
 sub tit. de Jure Patron. p. m. 266. & IO ANN. DARTIS.  
 de benefic. Sect. 6. cap. 6.

§. XXI. Sed, si iterum dicendum, quod  
 res est, nec hōcē diversum Patroni ecclesiastici &  
 laici Jus veteri juri ecclesiastico cognitum fuit.  
 Quodsi enim veteris ecclesia monumenta evolva-  
 mus, patronos, præsentantes indignum, indistin-  
 ctæ jure suo pro ea vice privatos jusque, alium ido-  
 neum pastorem constituendi, ad Episcopum illius  
 loci devolutum fuisse, invenimus. Probatur id  
 ipsum ex Novella CXXIII, in cuius cap. XVIII.  
 Imperator IVSTINIANVS, de hoc casu sine distinc-  
 tione, utrum patronus ecclesiasticus an laicus in-  
 dignum præsencaverit? sequentem in modum dis-  
 ponit: Si quis Oratori domum fabricaverit, &  
 voluerit in ea clericos ordinare, aut ipse, aut ejus  
 hæredes: si expensas ipsis clericis ministrant & di-  
 gnos denominant, denominatos ordinari. Si vero  
 qui ab iis eliguntur, tanquam indigos prohibent sa-  
 cræ regulæ ordinari? tunc sanctissimus Episcopus,  
 quoscumque putaverit meliores, ordinari procuret 1).

Nec

Nec minus idem absque distinctione IULIANVS  
Patricius & Antecessor Constantinopolitanus his  
verbis profert 2): *Si quis Oratorium in domo adi-  
ficaverit & ipse vel heredes ejus clericos in ipsa do-  
mo consecrare maluerit, sumus ministrantes ejus-  
dem domus audiatur, si dignos nominaverint cleri-  
cos. Sin autem illi tales sint, ut divinis canonibus  
non comprobentur, ad episcopum pertinebit, alias  
clericos eligere idoneos.* Unde tertium hocce di-  
versum patroni ecclesiastici atque laici jus ex novis  
recentiorum Pontificum decretalibus contra Jus  
vetus introductum esse, non absque ratione do-  
ctissimi Juris Canonici interpretes, ut FRANCIS-  
CVS de ROT 3), ZEGER. BERNHARD. ab ES-  
SPEN 4), SIGISMUNDVS FINCKELTHAVS. 5),  
HVLDERICVS ab ETBEN 6), & Illustr. Dn. BOEH-  
MERVS 7) afferunt.

1) Ex hocce itaque Novella 123. capite ut & ex Julia-  
ni antecessoris loco, in medium prolatu, non omnis Ju-  
ris devolutionis initia ad annum 1179. esse referenda, sed  
illud, quod ob negligentiam, in modo providendi, com-  
missam, locum iavenit, antiquissimum esse, manifeste  
patet. 2) In Epitom. Novell. Constit. 115. num. 466.  
p. 199. edit. LVDOVICI MIRAEI a. 1565. 3) Ad  
cap. 24. de Jure patron. 4) Part. II. Opp. Jur. Eccles.  
Tit. 25. c. 5. §. 24. 5) De Jure patron. c. 7. n. 10. seq.  
6) Opp.

6) Opp. p. 212. 7) In Uſu Mod. Jur. Eccles. ſub tie.  
de Jure patron. §. 98.

§. XXII. Sed quæritur: Utrum tertium  
hocce diverſum Patroni ecclesiastici atque laici jus  
in foris protestantium obtineat? Respondetur  
quod non 1), ſed ſolet patronus, indignum ad va-  
cans beneficium prætentans, ſive ecclesiasticus ſit,  
ſive laicus, ſaltem, ut alium idoneum prætentet, à  
Consistorio moneri, eique ad id certum tempus  
præfigi, quodſi autem monitus alium magis ido-  
neum, intra tempus præfinitum, prætentare non  
poſſit vel noſit, Princeps, aut nonnullis in locis  
Consistorium, vi juris devolutionis, pro hac vice  
& ſalvo jure patronatus, idoneum ad vacans bene-  
ficium promovet. Sic enim in Ordinatione Ec-  
clieſiaſtica Serenissimorum Saxoniz Ducum, 10-  
ANNIS ERNESTI, ADOLPHI WILHELMI, 10-  
ANNIS GEORGII & BERNHARDI de anno 1664.  
p. 272, hac de re cautum: Wenn aber der Lehn-  
Herr keine taugliche Person nominiren und vor-  
stellen könnte oder wollte, und damit über drey  
Monathe verziehen würde, ſo foll derselbe ſeines  
Amts von dem Consistorio erinnert und ihm ein  
gewiſſer Tag zur Nomination beſtimmt werden;  
Da er nun dessen allen ungeachtet, ſich nochmahls

faumig erzeigen würde, so sollen unsere Verordnete mit Bestellung derselbigen Pfarr, Diaconat und Sub Diaconat, als oblatum, verfahren, damit solcher Kirchen-Dienst, nicht vacire, noch die vicini Pastores über die Gebühr beschwehet, sondern die Pfarr-Kinder mit der Predigt göttlichen Worts und rechten Gebräuche der Heil. Sacramente durch ihren eignen Pfarrer versehen werden mögen; jedoch soll solches ins künftige den Patronis an denen Collaturen unnachtheilig und unabbrüchig seyn. Similiter in renovata Ordinat. Eccles. Hassiac. c. 3. disponitur: Wird aber der Prälatenixte nicht gnugsam erfunden, so soll ihm Unser Consistorium nicht zulassen, sondern das selbe dem Collatori, um eine andere tuchtige Person zu präsentieren, zu erkennen geben. Und im Fall der Collator hierinnen fahrlässig seyn, und aufs längste in zweyen Monathen nach beschehner Erledigung der Pfarr keine qualifizierte Person präsentiren würde, so soll unser Consistorium ohne alle Mittel die Pfarr, damit sie länger nicht ledig stehe, und die Leute versäumet werden, zu bestellen Macht haben 2).

1) Consentient HVLDERICH ab EYBEH de origine, progressu, uso & auctorit. Juris Canon. in terris pro-

protestantium §. 32. & Illustr. BOEHMERVS in Uſu Mod.  
Juris Can. sub Tit. de ſupplend. neglig. prælat. §. 8. 2)  
Idem in Ordin. Saxon. Elect. Ecclesiast. Tit. Von Beruff  
und Annehmung der Kirchen-Diener s. Wann aber/  
nec non in Ordin. Saxon. Coburgensi Eccles. Lib. II. c. 6  
§. 5. dispoſitum reperitur.

§. XXIII. Multo magis Jus devolutionis,  
absque diſtinctione: Utrum patronus ecclesiasticus  
an laicus ſit, locum inveniet, ſi patronus, non  
ſimplici vice admonitus, ut aliam electionem, ca-  
nonibus atque legibus conformatem, iſtituat, ido-  
neumque candidatum preſenteret, in ſua reluctantio-  
ne & inobedientia perfeveret iuſſumque superioris  
plane ſpernat. Licebit partem Responſi, illuſtris  
Ordinis Juridici nomine elaborati, doctrinam  
hancce haud parum iuſtriantis, adponere: Die  
III. und IVtē Frage anreichend: Obwohl 1) ei-  
nem Landes-Herren denen Patronis in dem ihnen  
zuftehendem Jure patronatus einigen Eingriff zu  
thun, ordentlicher Weise nicht frey ſtehet:

Ziegler. de Jure Majest. L. I. c. 14. §. 6.  
vielmehr 2) loblich, daß, wenn auch bey Ausü-  
bung delfben etwan einige Unordnung mit un-  
tergelaufen wäre, er den Fehler, ſo viel als mög-  
lich, überſeehe, und denen ausgestellten Reverla-

lien gemäß, an Ausübung derer hergebrachten Rechte dem Patrono nicht hinderlich falle, ins besondere aber 3) in der Fürstl. Altenburgischen Lands-Ordnung

P.I.c.3. Tit. I. p.34.

enthalten:

Ist aber jemand aus denen Land-Ständen oder Unterthanen gedachte Patronat-Gerechtigkeit angehörig, soll der Patron dem Consistorio eine tückige Person, die er denselben vorher zur Prüfung zu stellen, zu ernennen haben, darinnen ihm auch von dem Consistorio, wenn der ernannte an ihm selber qualificirt besunden wird, mit Ausfußthigung solcher Personen, welche dem Patron, Lehre, Leben und Wandels halben unbekannt, ob sie gleich von dem Consistorio für noch tückiger, als diejenige, welche der Patron präsentiret, erachtet würden, kein Vor- noch Eingriff geschehen soll.

Hiernächst 4) wenn auch ja auf Seiten des Stadt-Raths zu N. bey der Wahl Questionis, einige Unrichtigkeit mit untergelaufen, dennoch solche weiter nichts, als daß der Stadt-Rath zu einer andern Wahl schreiten müsse, nach sichziehen

hen würde, indem der Patronus laicus, wenn der selbe bey der Wahl etwas versehen, oder ein Indicus von ihm prælentiret worden, des Juris prætentandi, quia ei facultas variandi in Jure Canonicco concessa,

Böhm. in U. M. Decret. sub tit. de Jure patron. §. 98.

Nicht einmahl pro hac vice herauabit werden kan.

Finckelthaus de Jure patron. c. 7. n. 14.

Unrath de Jure Patron. Memb. 2. th. 4. & 5.

Brünnew. Conf. 142. n. 99.

und also, daß der Stadt-Rath zu N. der Patronat-Gerechtigkeit so wenig überhaupt, als auch nur vor dieses mahl verlustig sich gemacht, noch daher von der Landes-Herrschaft ein Diaconus ex officio und nach Gefallen nach N. gesetzet werden könnte, es scheinen möchte:

Dennoch aber um dieweil 1) der Stadt-Rath zu N. bey der unternommenen Diaconats-Wahl, seiner Schuldigkeit gemäß, nicht verfahren, vielmehr voreilig und dem Herkommen zuwider, dieselbe vorgenommen, und dahero 2) von Thro Hochfürstl. Durchl. dem Herren Herzog zu N. als Landes-Herrn, denselben, daß er zu einer andern Wahl schreiten solle, durch das

fol. Act. 37. befindliche Rescript mit Zug und Recht auferlegt worden, deme er doch 3) so wenig als dem anderweit erfolgten und fol. Act. 44. befindlichen Fürstl. Rescripte, als vorinnen ihm,

bey Verlust des derselben über ermeldtes Diaconat zusehenden Juris patronatus, eine andere Wahl vorzunehmen, ernstlich anbefohlen worden, ein Gnige geleistet, vielmehr 4) einige Raths-Membra, als N. N. N. nebst dem Adjuncto N. welcher wider das Herkommen, und mit Widerspruch der Ubrigen, auf das Rath-Haus geholet worden, laut dem fol. Act. 49. sequ. befindlichen Aussagen, bey Publication hochgedachten Rescripts, sich der ernstlichell Intention des Landes-Herrens heftig wiedersecket, auch gedachter Adjunctus N. ausser andern ärgerlichen Reden, folgende irrespectueule Worte:

In dem publicirten Rescripte wären blosse und leere Drohungen enthalten, man dürfste sich dafür nicht fürchten, ausgestossen, auch ferner, nebst dem Bürgermeister N.,

und wenn es mit Besetzung der Diaconat-Stelle auch noch zehn Jahr währete, so sollte

sollte dennoch kein neuer Rath gewehlet werden,

sich vernehmen lassen, ja der Stadt-Richter N.  
sich nicht geschämt, folgende aufrührische Worte  
bei dem Raths-Wirth auszustoßen:

Ihr Bürger, der Prinz zu N. will mich in  
Arrest nehmen lassen, ihr werdet mir zu  
Hülfe kommen und beysehen,  
und, obzwar 5) die übrigen Raths-Membra ih-  
ren Missfallen über solche Aufführung bezeuget,  
auch, daß sie bereit wären, denen Fürstl. Relcrip-  
tis sich zu submitiren, vorgegeben, haben doch  
dieselbe dadurch, daß sie zu einer andern Wahl  
binnen der in den Canonibus gesetzten Zeit nicht  
geschritten, nicht allein solche Widerwärtigkeit  
raciteratihabiret, sondern auch des Juris variandi  
sich verlustig gemacht,

Boehmer. ad tit. de Jure patron. §. 98.

besonders da die Distinction inter Patronum ec-  
clesiasticum & laicum, daß unctionis nur allein je-  
ner, nicht aber dieser, wegen der wider die Cano-  
nes unternommenen Wahl des Juris Patronatus  
pro hac vice sich verlustig mache, recentiorum Pon-  
tificum epistolis contra Jus Canonicum vetus, wie  
solches

Franc.

Franc. de Roy ad c. 14. X. de Jure patron.  
Bernh. Zeger. ab Elspe in Jure Eccles. Uni-  
vers. P. II. tit. 25. c. 5. §. 24.

gar wohl angemercket, introducirt worden, als  
halten wir dafür, daß, bewandten Umständen  
nach, der Stadt-Rath zu N. des derselben über  
das Diaconat zustehendt Iuris Patronatus vor  
diesesmahl sich verlustig gemacht, und daß von  
der Landes-Herrschafft ein Diaconus ex officio  
und nach Gefallen, jedoch, daß derselbe mit den-  
jenigen Gaben, so von einem Diacono noth-  
wendig erfodert werden, begabet sey, nach N.  
wohl gesetzet werden möge: V. R. W.

NVNC SEQVITR PARAGR. XXIV. LOCO

QVAESTIO:

VTRVM IMPERATOR IN CAPITVLIS  
IMMEDIATIS AVG. CONF. ADDICTIS  
IVS DEVOLVITIONIS EXERCERE POSSIT?

PER MODVM RESPONSI  
ELABORATA.

**N**on immerito autem hoc loco queritor i.:  
Utrum in Capitulis Immediatis Augustanæ  
Confessioni addictis, Imperator Ius devolutionis  
exercere possit, si scilicet illa, vel non intra tempus  
præf.

351

præsinitum vacanti beneficio provideant, vel indi-  
gnum scienter eligant, vel in eligendo discordent?  
Licet autem controversia hæcce 2) admodum ar-  
dua sit, à privato haud dirimenda; tamen meam  
de illa sententiam, salvo jure cuiuslibet, salvoque  
meliori aliorum judicio, per modum Responsi &  
saltē exercitii causa, aperire licebit.

Quamvis in Jure Canonicō tam electioni-  
bus, quam collationibus, ut & institutionibus cer-  
ta tempora, intra quæ electiones & collationes fie-  
ri debent, sicut præscripta:

c. 41. X. de elect.

c. 2. X. de concess. præb.

Passerin. de Elec. & Canon. c. 13. qu. 4. n. 49. seq.  
nec minus dignus eligi atque ad beneficium vacans  
vocari debeat, cum paria sint non providere va-  
canti ecclesiæ & non legitime providere,

c. 2. X. de translat. Episcop.

& gravius peccatum sit, inutilem pastorem con-  
stituere, quam nullum,

Petr. de Murga de benefic. qu. 6. §. 10. n. 486.  
ita, ut si hæc observata non fuerint, electores vel  
collatores jute providendi pro ea vice priventur,  
atque ad proxime superiorem devolutio fiat,

c. 2. X. de concess. præb.

G

c. 41.

C. 41. X. de elect.

Dd. ad Tit. X. de suppl. neglig. Prælator.

§. 26. art. V. Instrum. Pac. Cæsar. Svec.

præterea Imperatores jus confirmandi & investiendi episcopos, à quo etiam jus devolutionis, tanquam minus, dependet, à Constantini M. usque ad Henrici V. tempora, qui præcipuum hancce Majestatis Cælareæ partem Calixto II. in prædam dare coactus est,

Helmoldus in Chron. Slav. c. 39. a.

Leibnit. T. II. Script. Brunsv. p. 571.

Otto Frisingens. L. 9. Chron. c. 16. & Lib. 2.  
de gest. Frider. c. 3.

Chronogr. Saxo & Albertus Stadensis ad  
ann. 1122.

optimo jure exercuerint;

Waltramus Episc. Numburgensis in lib. de  
investitura Episcop. per Imperatores facien-  
da, qui a. Schardium de Jurisd. Impe-  
riali, reperitur.

Ludov. Thomassin. de Vet. & Nova eccles.  
discipl. P. II. L. 2. c. 6.

Herm. Conring. de Constit. Episc. Germ.  
Caspar. Ziegler. de Episc. L. II. c. 2. §. 2. tequ.

10.

Io. Schilter, de libert. eccles. German. L. II.  
III. & IV.

imo etiam casus non deficiant, ubi Imperatores  
post fatalem hancce juris, investiendi episcopos,  
renunciationem, discordante Capitulo, Episco-  
pos aliosque Prælatos constituerint,

De Lothario II. enim, quod Norbertus Ar-  
chiepiscopus Magdeburgensis ab illo in-  
vestitus fuerit, Albericus Monachus ad a.  
1126. scribit. Nec minus de eodem Im-  
peratore, quod in Weizeburch electio-  
nes Episcoporum, Henrici Ratisbonen-  
sis, & Walteri Augustensis, confirmaverit,  
Chronographus Saxo ad a. 1133. refert,  
plura exempla de Conrado III. Frideri-  
co I. Ottone IV. & Frider. II. Helmoldus  
Lib. I. Chron. Slav. c. 69. Otto Frisingen-  
sis L. 2. c. 6. ad ann. 1152. & ex recentiori-  
bus Schaten. T. I. Annal. Paderborn. p.  
893. Philipp. Reinhard. Pfessinger. in Vitria-  
rio illustrato vol. I. p. 1391. sequ. & Io.  
Wilh. Goebel, in Diss. de Juribus Proce-  
rum Imperii Majestaticis cap. 2. §. 3. ad-  
ferunt.

&, licet Imperator Henricus V. juri investiendi e-

piscopos renunciaverit, successoresque ejus in Imperio hanc renunciationem ipso facto approbaverint: tamen illam non aliter, quam rebus si constantibus, i.e. quamdiu pontifici Jus circa sacra constitutioque episcoporum salva illibataque relata est, factam, suspensa que nunc Pontificis, per pacem Religiosam & Westphalicam, in territoriis Principum protestantium, jure, Cæsaris jura in pristinum vigorem & statum deducta esse, videri posset,

Bœhmer. in U. M. X. sub tit. de suppl. neglig.  
Prælat. §. II.

de Ludwig in Diff. de Jure Annatar. c. I. §. 5.  
num. 5.

quia, quod ad tempus prohibitum est, post illud tempus iterum permisum censetur,

L. 3. §. 3. ff. de legat. 3.

hisce porro accedat, quod, suspensa in ecclesiasticis papali in terris protestantium potestate, Principes jure devoluto utantur circa capitula media, adeoque, quo idem Jus Cæsari, quoad Capitula immediata concessum esse debeat, et quum videatur,

Bœhmer. l. c.

denique

denique etiam Imperator de emergentibus circa postulationes & electiones immediatorum Prælatorum litibus, decernere providerique, ne quid detrimenti Pax Religiola & VVestphalica ex hujusmodi controversiis capiat, possit,

§. 54. art. V. Instrum. Pacis VVestph. & Auct.  
Medit. ad Instrum. Pac. Spec. V. ad art. 5.

§. 54. p. 770.

Böhmer. in Uſu Mod. X. ſub tit. de postulat.

§. 17.

Kemmerich. in Introd. ad Jus Publ. L. V. c. 4.

§. 23.

hocque inter alia Acta, postulationem Abbatissæ Quedlinburgensis & Episcopi Lubecensis concer-  
nentia,

à Fabro in der Staats-Canzley T. X. c. 14.  
T. XIII. c. 14. & T. XIV. cap. 6.

collecta, ſatis edoceant; tandem etiam auctoritas & commendatio Imperatoris in electionibus Prælatorum Immediatorum multum ponderis ha-  
bere ſoleant, nec etiam invito Cælari Prælatus in-  
vestiendus obtrudi possit,

Horn. in Jure publ. c. 41. §. 30.

imo, ſecundum nonnullorum tradita, Imperator,  
discor-

discordantibus Cardinalibus, jure devoluto, Pa-  
pam dare possit,

Multius in repræsent. Cæsar. Majest. P. II. c.

33. p. 925. & 938.

adeoque, ex huius deductis, Cæsarem pari jure in  
Capitulis immediatis, Protestantium religioni ad-  
dictis, jus deviationis exercere posse, concludi  
posset:

Verum enim vero, cum Henricus V. Impera-  
tor jus investiendi episcopos aliasque juris circa sa-  
cra species voluntaria abdicatione in manus Pon-  
tificis Calixti II. uti tabulae conventionis, quæ apud

Abbat. Urspergen. in Chronico ad a. 1122.

Alberic. Monachum in Chron. ad eund. ann.

& Leibnitium Tom. I. Codic. Jur. Gentil-  
um diplom. diplomate 2.

reperiuntur, satis superque docent, resignaverit,  
successoresque ejus & tacite & expresse hanc renun-  
ciationem adprobaverint, imo improvida sua in-  
dulgentia Pontificis in ecclesiasticis auctoritatem  
magis magisque promoverint,

Conring. de Constitut. Episc. §. 65.

Schilter. de libert. Eccleſ. Germ. L. 5. c. 12. §.  
12. sequ.

hæcce autem Pontificis in ecclesiasticis potestas,  
per

per pacem Religiosam & Instrumentum Pacis, in  
terris Principum protestantium cum omnibus suis  
speciebus & absque ulla exceptione, quia vox, o-  
mnis, universalis est, omnesque calus includit &  
nihil excludit,

L. 68. ff. deleg. 3. Carpz. Pr. Rer. Crim. qu.

22. n. 21.

suspensa sit,

§. Damit auch Pac. Relig. de a. 1555.

§ 48. art. V. Instrum. Pac. VVestph.

& quidem non negative sed destructive, hoc est  
cum pleno effectu,

de Lyncker de superiorit. sacra §. 3

Böchmer, de Jure Episcop. Princip. Evang. c.

2. §. 8.

Kemmerich. in Introd. ad Jus Publ. L. 5. c. 3.

§. 33.

nec in favorem Cæsarist, quippe qui à partibus Pon-  
tificum stetit, sed in favorem Principum Protestan-  
tium,

Böchmer, ad Tit. X. de supplend. neglig. Prä-

lat. §. 12.

nec etiam, ut Imperator jure postliminii jus circa  
sacra in Imperio reciperet, quippe qui, ut laicus,  
secundum Juris Canonici principia, quæ tamen  
Impe-

Imperator agnoscit, jurisdictionis ecclesiasticae &  
jurium Episcopaliaum incapax plane habetur,

c. 2. 3. 4. & 5. c. 10. qu. 1.

c. 7. c. 11. qu. 1.

c. 2. X. de Judic.

c. 16. X. de foro compet.

Struv. in S. J. Publ. c. 26. §. 23.

sed ut superioritatis territorialis in terris Principum  
Protestantium annexum esset,

§. 19. & 48. Instrum. Pac. VWestphal.

de Ludwig in diss. de Jure Annatar. Opuscul.

Miscell. T. 2. p. 907.

utque impedimenta, quæ exercitio hujus juris emi-  
nentioris haætenuis obstiterunt, è medio tolleren-  
tur, atque Principes Evangelici jure circa sacra ite-  
rum jure proprio, sicuti olim fecerunt,

Reinhard. de Jure Principum Imperii circa  
sacra, in primis Sereniss. Ducum Saxon.  
uti possent,

Auctor. Meditat. ad Instrument. Pac. spec. V.

p. 710.

Petr. Müller. de Jurium Episcopaliaum pre-  
tensa reviviscentia Sect. i. c. 2. §. fin.  
distincta enim sunt, suspendere & transferre  
Bursatus Consil. 392. n. 35.

Oppo-

Opposita, plena libertas & quævis subjectio;

Calvinus in Lex. Jurid. voce, libertas, n. 40.  
incompatibilia vero, consentire, ut jurisdictione ecclæstica cum omnibus suis speciebus annexum  
sit superioritatis territorialis, & tamen illam jure  
postliminii sibi vindicare,

de Ludwig de Jure Annatar. opp. Miscell. T:

II. p. 908.

ita ut omnia, quæ à jurisdictione ecclæstica de-  
pendent, & juris dicæsan sunt, in Status Imperii  
Evangelicos translatæ,

Rhetius in Jure Publ. L. I. tit. 16. n. 8.

& cum superioritate territoriali independenter  
conjuncta sint,

§. 19. 30. & 48. Act. V. Instrum. Pac. Westph.

Struv. in S. Juris Publ. c. 23. §. 30.

habeantque illi jus sacrorum omnimodum,

Schweder. in Juris Publ. part. spec. Sect. 2.

cap. 12. §. 1.

nec non supremam & illimitatam, modo in Pacis  
Religiosæ & VWestphalicæ constitutionem, cui a-  
ctus eorum utique subjacent, non impingant,

Kemmerich. in Introd. ad Jus Publ. L. VII.

c. 4. §. 20.

in ecclæsticis jurisdictionem & potestatem circa  
sacra H §. 48.

§. 48. art. V. Instrum. Pac.

Coccejus in Prud. Jur. Publ. c. 18. n. 38.

Struy. in S. Jur. Publ. c. 26. §. 27.

nullumque in caussis ecclesiasticis superiorem agnoscant, non Imperatorem, utpote, qui Ius circa Sacra in Imperio non usurpat, sed ejus exercitium Pontifici concessit,

Uffenbach de Judic. Imp. Aulico c. 19. Sec. 2. subsec. 1.

sequitur ad defendendum pontificem omniaque ejus Jura adstringit,

Art. 1. & 16. Capitul. Carol. V.

Art. 1. & 15. Ferdin. I.

Art. 1. Maximil. II.

Art. 1. & 15. Rud. II.

Art. 1. & 17. Matthiae.

Art. 1. 15. & 35. Ferdin. II.

Art. 1. & 18. Ferdin. III.

Art. 1. 16. & 17. Ferd. IV.

Art. 1. & 19. Leop.

Art. 1. & 2. Josephi & Art. 1. Caroli VI.

non Pontificem, quia hujus Jurisdictio Ecclesiastica in terris Principum Protestantium penitus sublata,

Joh. VVolfg. Textor de Jure Episcop. interris Principum Protestantium.

Rhetius

Rhetius de Jure Statuum circa sacra.

Stryckii diss. cit.

Böhmer de Jure Episcop. Princip. Evang.  
è contra Imperatori nihil præter Jus primariarum  
precum & investiturarum in Immediatis Capitulis  
& Præfusatibus concessum sit.

§. 18. & 21. art. V. Instrum. Pac.  
exceptio autem regulam firmet in casibus non ex-  
ceptis,

L. 12. §. 43. ff. de damn. inf.  
ita, ut ei ne quidem confirmatio Episcoporum, à  
qua tamen jus devolutionis dependet, relicta, sed  
electi atque postulati Præsules statim & absque ex-  
ceptione ab eo investiri debeant,

§. 21. art. V. Instrum. Pac.  
porro etiam nihil novi sit, electionem præsulis in  
Germania, absque ullo devolutionis vel felonie  
metu, per aliquot annos impune dilatam fuisse,

Cothmann, Vol. III. Resp. 10.

de Ludwig in diss. de Iure Annat. opp. Miscell.

T. II. P. 908.

ad eo que ex hac tenus deductis sequatur, Status Im-  
perii Evangelicos in libero Iuris territorialis in ec-  
clesiasticis exercitio contra §. 8. Art. V. Instrumenti  
Pacis quam maxime turbatum iri, si Imperator jus

H 3 devo-

devolutionis in Capitulis immediatis exercere vellet, imo illos deterioris adhuc conditionis fieri, quam Status Catholicos, quippe in quorum territoriis Imperator in causis ecclesiasticis nihil disponere potest,

Helvic. Schutz. L. III. Iur. publ. Tit. 2. posit. 2.

Blum. in Proc. Cam. Tit. 29. n. 86. & 114.

Nunc autem inter Status Evangelicos & Catholicos exacta æqualitas statuenda, & quod uni parti justum, alteri quoque justum esse debeat,

§. 1. in fin. Art. V. Instrum. Pac. & Art. 1. in fin.

Capit. Leopold.

Lunig. T. II. der Europäischen Staats-Consil. Conf. 404.

Tandem nec his rationibus obstat, quod 1) Status Evangelici jure devoluto utantur in Capitulis Mediatis, quodve 2) Imperator secundum §. 54. Art. V. Instrum. Pac. de emergentibus litibus circa postulationes & electiones Prælatorum Immediatorum decernere possit; nec minus 3) commendationes Cæsar is in electionibus Præfulum Immediatorum multum pondus habeant, nec illi invito Prælatus investiendus obtrudi possit, cum ad 1), Pontificis in ecclesiasticis potestas fulpensa sit in favorem Principum Evangelicorum, non Cæsar is, nec

nec minus Capitula mediata striciori vinculo sub-  
jaceant statibus protestantibus, quam immediata  
Cæsari, quæ sede vacante status Imperii personam  
induunt & superioritatem omnem exercent,

§. 21. Art. V. Istrum. Pac.

Boehmer, ad Tit. X. de suppl. neglig. Prælat.

§. 12.

de Ludwig de Jure Annat. Opp. Milc. T. II.

p. 908.

ad 2) Jurisdictio Imperatoris in caussis ecclesiasticis  
tantum fundata sit, si controversiae versantur inter  
duos Imperii Status, aut si alicui contra Pacem Re-  
ligiosam & Westphalicam injuria infertur, non au-  
tem si lis sit inter Evangelorum statuum subditos,  
aut inter hos & eorum superiores, multo minus, si  
causa ipsum Jurisdictionis Ecclesiasticae exerciti-  
um, quippe quæ superioritatis Territorialis anne-  
xum est, concernit, ad 3) denique exinde, quod  
invito Cæsari Prælaus investiendus obtrudi ne-  
queat, ad Ius devolutionis argumentari minime  
liceat, cum alias sequeretur, eum etiam, ad quem  
minus solennis postulatio, quia interesse aliquod  
in electione habet, dirigenda,

exemplum in §. 2. pacti inter Elector. Saxon.

Augustum & Capitul. Reverendiss. Qued-

H 3

linb.

lib. 2. 1574. initi, ibi: Zum Anderen, ha-  
ben hiergegen die Abtissin und Capitul  
gewilligt und zugesaget, das hinführo  
keine Abtissin oder Coadjutorin geweh-  
let werden solle, denn mit Sr. Thur-  
furstl. Durchl. Gnaden, und Derselben  
Nachkommen, Vorwissen, &c. occurrit,  
integrum transactionem, vid. à Fabri-  
T. XIV. der Europäischen Staats-Canz-  
ley c. 6. p. 493.

Ius devolutionis pretendere & exercere posse,  
quod tamen statuere, nemo haec tenus ausus fuit.  
Ex quibus à me deductis, Imperatori jura devolu-  
tionis, in Immediatis A. C. Capitulis, afferi non  
posse, salvo meliori aliorum judicio, concludo,

- 1) Occasionem huic quæstioni Rescriptum Casare-  
um, ad Reverendissimum Capitulum Quedlinburgense  
d. 30. Maii a. 1708. emissum, dedit, quod, una cum dicti  
Capituli ad Casarem responsione ANTON. FABER T. III.  
der Europäischen Staats-Canzley p. 489. sequ. infes-  
truit. 2) Eandem quæstionem, apud Viros illustris  
Dn. de LWDWIG in diss. de Jure Annatarum Opp. Miscel-  
lan. pag. 908. & BOEHMERVM in U. M. X. sub tit. de  
Supplenda neglig. Prælat. §. 11. & 12. ventilatam, B. L. in-  
veniet.

§. XXV. Quartum inter patronum eccl-  
esiastici

65

laisticum & laicum discriumen in cap. cum dilectus.  
28. X. de jure patronatus. Et cap. dilectus. 6. X. de Of-  
fic. legati reperitur, ubi Papa INNOCENTIUS III.  
Legatum à latere 1) juri patronatus ecclesiastico 2)  
derogare posse, laicis non æque, disponit. Sicut  
enim Pontifices eorumque Legati à latere, in pro-  
vincias missi, hoc sibi inter alia sumebant, ut non  
tantum in ecclesiis vacantibus, (preto patrono, tam  
laico quam ecclesiastico, instituerent, sed etiam sic  
nominata mandata de providendo seu litteras ex-  
pectativas ad patronos, ut scilicet ecclesiam proxi-  
me vacaturam eorum denominationi & collationi  
reservarent, mitterent, cap. 1. Et 3. de offic. legati in  
6to. Hoc autem patroni in primis laici ægre fere-  
bant, gravesque despicer querelas 3) non tantum  
apud suos Principes sed & pontifices instituebant;  
Ita post multas controversias demum obtinuit, ut  
quidem pontifices, ne aliqui in posterum liceret ec-  
clesias, in quibus laici sint patroni, præter eorum  
consensum conferre, decreverint, ecclesiasticos ve-  
ro patronos, potestati Legatorum à latere cedere,  
coegerint. Quod diversum Patroni ecclesiastici  
& laici Ius etiam tam diu obtinuit, usque dum in  
Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. c. 18. &  
19. generaliter omnes & pontificis & legatorum re-  
servationes sublatæ fuerint.

1) Qui

1) Qui etiam ab IVO N.E. epist. 109. *lateralis*, à GOT-FRIDO Lib. I. epist. 18. *legati à latere D. Petri*, à BALSAMONE vero initio commentarii sui ad Synodum celebratam in Trullo Palatio *legati à facie ēn τῷ προσώπῳ* vocantur; De origine & potestate legatorum à latere, PETRVS de MARCA de Concord. Sacerd. & Imp. Lib. V. THOMAS-SIN, de vet. & nova eccl. discipl. P.I. L. II. c. 117. IOANN. DARTIS. de benef. S. 3. c. 4. & FR. FLORENS. P. II. opp. p. 167. conferri merentur. 2) Quod scilicet Clerico ratione ecclesiz vel beneficii sui competit, secus si jus patroatus ad clericum ratione proprii patrimonii pertinet, COVARRVIAS Pract. qu. c. 36. PAVLVS PIASECIVS prax. Episcop. p. 2. c. 5. n. 40. aut si mixtum sit jus patronatus, hisce enim in casibus ejusmodi legatorum derogationes non obtinuerunt. LAMBERTIN. de Iure Patron. P. 3. L. 2. qu. 9. art. 9. REDOAN. de reb. eccles. non alienand. qu. 31. n. 9. & PIASECIVS l. c. 3) Querelas Comitum atque Magnatum Angliae super hacce Juris patronatus derogatione MATTHAEVS PARIS. in Histor. Anglor. ejusque Contingator ad a. 1239. 1259. & 1267. exponunt, simulque super injuriis Patronis, tam laicis quam ecclesiasticis per derogationes Legatorum à latere illatis, graviter conqueruntur.

§. XXVI. Dantur præterea alia adhuc patroni ecclesiastici & laici iura quamplurima, in jure Canonico partim fundata, partim etiam ab ejus interpretibus excogitata, v. g. V.) Quod patronus ecclesiasticus petere possit à beneficiato, sibi reddi rationem administrationis reddituum ecclesiae patronatæ.

tronatæ, laicus non æque 1), cap. cum & plantare 2).  
 §. 2. X. de privilegiis & excessu prælat. & cap. ex litteris 7. de Jure patronatus, cuius differentiæ hanc Juris Canonici interpretes dant rationem, quod patronus laicus, postquam dotem ecclesiæ assignavit necessariam, non possit sibi aliquid temporale reservare, ne quidem cum consensu Episcopi c. 6. c. 10. qu. 1. VI.) Quod patronus laicus nullo unquam tempore possit præsentari, nec per se ipsum, nec per alios, ecclesiasticus vero seu clericus per collegas ad beneficium juris patronatus sui præsentari, & in beneficiis simplicibus se ipsum præsentare, in magnis vero preces porrigitur & collatum beneficium motu proprio acceptare, præsentationi à compatrionis de se factæ consentire, & si sint pari numero, augere possit 2). VII.) Quod Jus patronus contra patronum laicum cum prædio annis 10. inter præsentes & annis 20. inter absentes, absque prædio vero 30. annis præscribatur a. L. 3.  
 C. de præscr. 30. annor. ad præscriptionem autem Juris patronatus ecclesiastici 40. anni, sicuti in rebus ecclesiæ aliis, requirantur 3). VIII.) Quod patroni laici succedant in jure patronatus jure hereditario per stirpes & non per capita Clement. plures de Jure patron. jus patronatus vero ecclesiasticum

I

non

nōn transeat jure hereditario sed jure successionis  
in ecclesia, adeoque per capita & non per stirpes  
succedatur. Sed ne dissertationis limites transgre-  
diantur, pedem hic figo, atque B.L. cui, plura diver-  
sa patroni ecclesiastici & laici jura scire, interest, ad  
auctores, qui ex professo de Iure patronatus scrip-  
serunt, veluti ANTONIVM de BVTRIO, IO. de  
ANANIA, HENR. BOICH, CAES. LAMBERTINVM,  
ROCHVM de CVRTE, PAVL. de CITADINIS,  
FRANC. de ROT, MATTH. STEPHANVM, CASP.  
VNRATH, SIGISM. FINCKLTHAVSIVM aliasque  
remitto.

1) V. INNOCENTIVS in cap. un. ut eccles. benef.  
sine dim. conf. ABBAS in cap. ex litteris X. de Jure pa-  
tron. LAMBERTIN. de Jure patron. p. m. 406. MODE-  
STIN. PISTORIS Confil. 43, n. 22. apud Protestantes, li-  
cer exactio rationum reddituum ecclesiasticorum ad juse-  
piscopale pertineat: tamen cuiuslibet patroni etiam lai-  
ci praesentia in exactio rationum requiritur, FINCKEL-  
THAVS. de Jure patron. c. 2. & CARPZOV. L. II. Jurispr.  
Confisi. d. 316. 2) Vid. LAMBERTIN. de Jure patr.  
p. m. 84. 3) Vid. BRUNNEMANN, in Jure Eccles. Lib.  
II. c. 8 §. 8, ibique STRYCK. in not.

SOLI DEO GLORIA.



COROL-



## COROLLARIA.

I. Jus patronatus in L. 15. C. de S. S. Ecclesiis & L. 46. §. 3. C. de Episc. & Cler. non occurrit.

II. Jus præsentandi à jure patronatus separinon potest.

III. Articulus VII. §. 1. Instrumenti Pac. Westphal. tantum inter Protestantes locum invenit, quatenus duas partes faciunt, non vero inter Protestantes & Catholicos.

IV. Sortis judicium in constituendis ecclesiæ ministris, si duo patroni in designatione præsendandi inter se non convenient, recte adhibetur.

V. Jus patronatus in commercio est & premium recipit.

VI. Jus patronatus etiam in conductorem temporarium transit.

VII. Nec minus in creditorem antichreticum.

VIII. Jus patronatus etiam tituto singulari transferri potest.

INDEX  
RERVM PRAECIPVARVM.

- §.I. *Vocabulorum curam habendam esse, mon-  
netur, p. 5. 6.*
- §.II. *Patronus accipitur 1) pro eo, qui alium  
in clientelam suam recipit, 2) pro Advocate, 3) pa-  
tronus sumitur pro manumissare, p. 6. 7.*
- §.III. *4) Pro eo, qui provinciales in suam de-  
fensionem recipit, p. 8. 5) Pro domino feudi, p. 8.*
- §.IV. *6) Pro eo, qui ecclesiam fundavit, do-  
tavit vel construxit, p. 9.*
- §.V. *Fundatores inde patronos dictos esse,  
monstratur, quod patrocinium ecclesiarum fundata-  
rum in se suscepint, p. 11. & 12.*
- §.VI. *Distinctio Juris patronatus in ecclesiae  
sticum & laicum, p. 13.*
- §.VII. *Quid sit Ius patronatus mixtum, p. 14.*
- §.VIII. *Questio de Jure patronatus mixto  
proponitur, p. 15. 16.*
- §.IX. *Primis saeculis haec distinctio incognita  
fuit, p. 17. Quando haec distinctio orta, p. 18.*
- §.X:

§. X. Principia Juris Canonici, ad imminutum Jus patronatus laicale assumta. p. 19.

§. XI. Diversa Jura inter patronum ecclesiasticum & laicum introducta. p. 22. Prima differentiatione temporis ad praesentandum prefiniti. p. 22.

§. XII. Quæritur, à quo tempore hoc fatale currere incipiat. p. 25.

§. XIII. In rationem diversib[us] iuris inquiritur. p. 27.

§. XIV. In quo secundum diversum Patroni ecclesiastici & laici Jus consistat. p. 28. 29.

§. XV. Rationes, quae ad defendendam hancce differentiam à Doctoribus afferuntur, recensentur. pag. 30.

§. XVI. In præjudicium Patronorum laicorum Jus variandi esse introductum monstratur. p. 32.

§. XVII. Quod Patronus laicus pluries intra tempus legitiuum variare posse, defenditur. p. 33. 34.

§. XVIII. Patronum laicum, lite super prima præsentatione pendente, variare posse, negatur. p. 35.

§. XIX. Jus variandi locum non invenit, I. quoties prima præsentatio cum Juramento de non-variando, facta. II. Si pactum de non-variando accesserit. Nec III. in præjudicium compatrioni. p. 36. 37.

§. XX.

§. XX. In quo tertium discriminem inter Patronum laicum & ecclesiasticum consistat. p. 38.39.

§. XXI. Et hocce tertium, inter Patronum laicum & ecclesiasticum discriminem, contra jus vetus introductum esse, monstratur. p. 41.

§. XXII. Ultrum tertium hocce diversum Jus in foris Protestantium obtineat? disquiritur. p. 43.

§. XXIII. Illustratur praxis ecclesiarum Protestantium Responso Illustris Ordinis Juridici Jenensis. p. 45 seqq.

§. XXIV. Ultrum in Capitulis Immediatis A. Conf. Addictis, ad Imperatorem devolutio fiat? disquiritur. p. 50.51. & seqq.

§. XXV. Quartum diversum patroni ecclesiastici & laici Jus in eo consistere, quod legatus à latere ecclesiastico juri patronatus derogare posuit, laicali non aequo, monstratur. p. 64.65.

§. XXVI. Plura diversa Patroni Ecclesiastici & Laici iura recensentur. p. 66.67.

F I N I S.




Jna, Diss., 1730 (1)



Sle





E. T. S. num. 33.

IO. SALOM. BRVNQVELLII,  
EO TEMPORE ICTI CELEBERRIMI IN ACADEMIA IENENSI,  
POSTEA VERO MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIIS  
AVLICIS, IVRIS CANONICI PROF. ET FACULT. IVRID. ORD.  
IN ACADEMIA REG. GOETTINGENSI,  
COMMENTATIO HISTORICA ET IVRIS ECCLESIASTICI,  
DE  
D I V E R S O 19  
P A T R O N I E C C L E S I A S T I C I  
E T  
L A I C I I V R E ,  
O V A

SIMVL QVAESTIO PER MODVM RESPONSI  
VENTILATVR:  
VTRVM IMPERATOR IN CAPITVLIS IM-  
MEDIATIS AVG. CONFESSIONI ADDICTIS  
IVS DEVOLVTIONIS EXERCERE POSSIT?



CVM INDICE RERVM PRAECIPVARVM.

I E N A E,  
PROSTAT APVD I. B. HELLERVUM, 1754.